DISSERTATIO
INAUGURALIS JURIDICA
De
BONIS ECCLESIASTICIS,

Quam

Divino Favente Numine,

AUTHORITATE ET DECRETO

Magnifici, Nobilissimi ac Amplissimi JCTORUM ordinis

In ILLUSTRI HASSO-SCHAUMB.

PRAESIDE

Nobilissimo, Consultissimoque VIRO

DN. BERNHARDO SCHULTZEN/

JCto, Consil. Hassiaco hujusque Acad. Antecessore, Facult. Jurid. DECANO,

Hospite, Patrono ac Promotore aeternùm venerando

Pro LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Privilegia DOCTORALIA ritè obtinendi

Publico Eruditorum examini subjiciet

JACOB Ulrichs/ Hannover.

IN AUDITORIO JURIDICO diebus 25. & 26. Octobr.

RINTELII, Typis imprimebat G. C. Wächter/ Acad. Typ.
Anno 1672.



I. N. D. N. J. C.

Th. I.

VEræ civitatis felicitas eſt, *ut Dei ſit amans & amata Deo, illum ſibi regem, ſe illius populum agnoſcat*, uti præclarè loquitur S. Auguſt. *de Civit. Dei lib.* 5. *c.* 14. qui & *felices* dicit *Reges, ſi ſuam poteſtatem ad Dei cultum maximè dilatandum majeſtati ejus famulam faciant*. Theodoſ. *in ep. ad Cyrillum*: *Cæſarei eſt muneris, ut non ſolum pacificè, ſed piè etiam ſubditi vivant*. Ariſtoteli ea eſt optima Respublica, ex cujus inſtituto quisque agat optimè, & beatisſimè vivat; Et ſi hic finis ſumis poteſtatibus propoſitus eſſe debet, ut cives faciant quàm religioſisſimos, & quæ in illum ſcopum collimant, ſacrorum nomine appellantur, omnino ſequitur vim ſummæ poteſtatis, qua talis eſt, hoc eſt imperium ambitu ſuo ſacra quoque includere. Sine quo respublica nulla ſalva eſſe poteſt, illius curatio pertinet ad reipublicæ rectorem. Atqui ſine divinarum humanarumque rerum curatione nulla respublica eſt ſalva; Ergo illa pertinet ad reipublicæ cujusque rectorem. Eminentisſimus Dn. Conringius *exercit. de majeſtat. civil. autor. & offic. circa ſacra*. Dn. Strauch. *Exercitat. Exoter. II diſſertat.* 5. §. 1. De humanarum rerum curationis necesſitate nulla difficultas eſt. Divini verò cultus itidem neceſſariam eſſe curam, ipſi Athei fateri coguntur: Plato (quem Numenius Pythagoricus, ut refert Heſychius *illuſtr. in Numen.* perſtrinxit, quod ea, quæ de Deo & mundo tradidit, ex Moſis libris velut plagio ſurripuerit, cui adjicit: *Quid aliud eſt Plato, quàm Moſes, Attica lingua loquens*? Et ſcribit D. Ambroſius: *ad Pſal.* 118.

Platonem eruditionis gratia in Ægyptum esse profectum, ut Mosis gesta, legis oracula, & Prophetarum dicta cognosceret. Augustin. *lib.2.de doctr. Christ.c.28.* Selden. *de I. N.G. juxt.discipl.Ebr. or. l.1.c.2 pag.23.* Mevius *in prodromo Iurispr. gent. commun. in spect. 3.n.15.*) religionem potestatis ac legum & honestæ disciplinæ vinculum vocat. Cicero, humanæ societatis fundamentum, qui rectè & sapienter dicit: *Sunt Philosophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere censerent humanarum rerum procurationem Deos. Quorum si vera sententia est, quæ potest esse pietas? quæ sanctitas? quæ religio? Hac enim omnia purè ac castè tribuenda Deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab his, & si est aliquid à Diis immortalibus hominum generi tributum. Sin autem Dii neque possunt nos juvare, nec volunt, nec curant omnino nec quid agamus animadvertunt, nec est quod ab his ad hominum vitam permanare possit: quid est, quod ullos Diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In specie autem fictæ simulationis, sicut reliquæ virtutes, ita pietas inesse non potest; cum qua simul & sanctitatem, & religionem tolli necesse est: quibus sublatis perturbatio vitæ sequitur, & magna confusio. Atque haud scio, an pietate adversus Deos sublatâ, fides etiam & societas humani generis, & una excellentissima virtus, justitia, tollatur lib.1. de nat. Deor.* Et ait Plutarchus: *facilius urbem sine solo, quàm rempublicam sine opinione de Diis aut constitui posse, aut constitutam servari.* vid. Grot. *de I.B.l.2.c.20.n 44.* Et licet falsa quoque religio aliquid conferat ad pacem externam, unde superstitioni passim magnam tribui videmus efficaciam ad regendam multitudinem, tamen quò verior est quæque religio, eò hoc ipsum plenius præstat. Nec religio censenda est ad rempublicam facere, duntaxat eâ parte, q: â morum regulam præscribit, minisque & pollicitationibus sancit, quia & dogmata & ritus non parum ad ipsos mores, publicamque felicitatem momenti habent. Grot. *de Imp. summ.pot.circa sacra c.1.* His rationibus ab ipsa rei natura deductis accedit sacratissima & certissima legis divinæ autoritas, jubentur enim reges observare totam legem divinam servire Domino, Christum osculari. *Deut.17.v.19. Ios. 1.8. Psal. 2. 12.*

quod

quod de illis non dicitur, ut hominibus privatis, (sic enim hoc præceptum ad reges nihilomagis quam ad privatos pertineret) sed ut regibus, quod explicat Augustin. *contr. Crescent. l.* 3. *c.* 51. & *ep.* 50. *ad Bonifac.*

II. Sicut verò rectissimè nos docet Aristoteles, non esse Architecti, quâ Architectus est, operi manum admovere, quia Architecti est secundum rectam rationem unicuique, quæ sunt facienda, præscribere: operarum verò est recte imperata, rectè itidem exequi; sic imperantis non est imperata facere, *sed imperando facere ut fiant*. Functiones, quæ subsunt imperio, sunt duorum generum, aliæ subjacent & naturâ & ordine, ut effecta à causis suis perpetuo emanantia, aliæ solo ordine. Grôt. *de Imp. summ. potest. circ. sacr. c.* 2. Priori modo in naturalibus soli subjacent radii, flumen fonti: posteriori cœlestibus terrestria, & munus fabri lignarii, cœmentarii, ferrarii Architecto. Ita imperio summæ potestatis priori modo subsunt, quæ imperium aut propriè dictam jurisdictionem continent, ut Prætura & cætera magistratuum munia; Posteriori verò modo functio Medica, functio Philosophica, Agricultura, Mercatura; Pastores præsidibus æquantur ordine, non emanatione muneris. Jure quidem naturali potest idem summum imperium & sacerdotium gerere, hæc enim duo non sunt ita pugnantia, ut in uno subjecto consistere nequeant. Imo sequestrata autoritate legum positivarum, & aliis impedimentis, quæ extrinsecus adveniunt, est aliquatenus naturale, ut idem sit rex & sacerdos, non quidem ex eo genere naturalium, quæ se aliter habere non possunt, sed ex altero, quod eorum est, quæ dictamini rectæ rationis satis congruunt, sic novimus Reges fuisse Medicos, Philosophos, Astrologos, Poetas, plerosque autem belli duces; nulla autem est functio excellentior, & unde ad cives plus promanet utilitatis, quàm sacerdotalis, atque hæc præ cæteris functio summæ majestati convenit, quod & consensus gentium confirmat, primis enim mundi temporibus, cum homines domestico magis, quàm civili imperio regerentur, patresfamiliarum ut regni quandam imaginem gesisse, ita & sacerdotio functos omnes

fatentur, qui mos conjungendi imperium cum sacerdotio per annos ferme bis mille quingentos toto orbe terrarum, multis in locis etiam serius usurpatus ante legem Mosaicam; Lege Mosaica vero sunt separata summum imperium & sacra functio, & vetat Apostolus Christo militantem implicari negotiis seculi, 2. *Tim*. II. 4. quod ad inferiora civilia munera extendunt canones antiquissimi, qui Apostolici dicuntur, *Canon*. 6. 81. 83. quod & repetitum est in Carthaginensi Synodo, quæ Honorio & Theodosio imperantibus celebrata est, *Can*. 16. & Chalcedonensi, *Can*. 3. 7. Quamvis vero summum imperium & munus Pastorale (nomine Pastorum hic Evangelii præcones intelligimus, cum alioquin reges quoque sint pastores, & quidem dominici gregis, imo etiam Pastorum Pastores) sint discreta, in eo tamen conveniunt, quod quæ Pastorum cura est unica, ea summarum potestatum sit cura præcipua, ut divina recte ordinentur, uti hoc pluribus confirmat Grot. *de Imper. summ. potest. circ. sacr. c*. 2.

III. Conveniunt sacra & profana quoad jus imperandi, primò circa discrimen internarum & externarum actionum, quia actiones internæ non subjacent imperio humano nisi concomitanter cum externis. *Rom*. 13. 5. ibique Grot. *in Annotat. pag*. 312. *l*. 18. *ff. de pœn*. Grot. *de I. B. lib*. 2. *c*. 20. *n*. 18. & *lib*. 2. *c*. 4. *n*. 13. Becanus *de leg. c*. 6. 7. 5. Secundò circa actiones à Deo definitas: Quod à Deo vetita juberi aut jussa vetari ab humana potestate validè nequeant, in utroque eorum genere valere debet Apostoli illud: *Deo magis parendum quàm hominibus*, *Actor*. 5. 29. quod non Apostoli tantum dixerunt, sed & Socrates, uti nos docet Plato in ipsius Apologia. vid. Grot. *de I. B. lib*. 2. *c*. 26. *n*. 3. & *in annotat. ad eum locum*, item *in annotat. ad Act. Apost. c*. 4. *v*. 19. & *c*. 5. *v*. 29. Quæ igitur à Deo sunt præcepta, vel quæ Deus in unam partem definivit, ea in contrariam partem ab hominibus definiri non posse exploratissimum est. Atqui, talia sunt verbi divini prædicatio, sacramentorum exhibitio, Ergo illa prohiberi non possunt, ut nec forma à Deo præscripta ministerio verbi aut Sacramenti mutari potest. Nec est

huma-

humanæ poteſtatis condere nova capita fidei, aut fidem ĩnovare, ut loquitur Juſtinian. *in l. 6. C. d. ſum. Trin.* Lex tamen humana præcipiendo quod lex divina jubet, novam ſupperaddit obligationem Auguſtin *epiſt. 66.* quæ etiam poteſt circumſtantias quasdam loci, temporis, modi actionibus à Deo imperatis præſcribere. Huc ſpectant *Nov.* 137. *c.* 6. *Nov.* 58. *&* 131, *c.* 8. *Nov.* 123. *c.* 32. Nec non incumbit ſummæ poteſtati pœnis propoſitis homines ad ea adigere, quæ Deus jubet, & à vetitis abſterrere, Auguſtin. *ep.* 48. *ad Vincent. Serviant Reges terræ Chriſto, etiam leges ferendo pro Chriſto.* Quæ vero lege divina, tum illâ, quæ in mentibus hominum, tum alterâ, quæ in ſacris Pandectis eſt præſcripta, definita non ſunt, hæc ſive ſint ſacra, ſive profana, â ſumma poteſtate in alteram partem determinari poſſunt: De profanis conſtat ex legibus Romanorum, & de ſacris res non minus eſt clara, ſi quis ſacram hiſtoriam, ſi quis Codices Theodoſii & Juſtiniani, ſi quis Novellas, ſi quis Capitulare Caroli M. tantum inſpiciat. Grot. *de Imp. ſumm. poteſt. circ. ſacr. c.* 3. Imprimis imperanti circa ſacra habenda eſt ratio concordiæ Eccleſiaſticæ; Hæc enim eſt quaſi anima Eccleſiæ: *Ex eo*, inquit Chriſtus, *Ioh.* 13. *v.* 35, *cognoſcent vos eſſe diſcipulos meos, ſi dilexeritis alter alterum.* Hinc ille divinus primitivæ Eccleſiæ character; *Multitudinis credentium erat cor & anima una. Act.* 4. *v.* 32. ibique Grot. *in annot. pag.* 32. Nec ſane alia cura Conſtantinum, & qui poſt illum Chriſtiani fuere Imperatores, magis exercuit, quàm iſta, ut diſſenſiones aut præverterent aut ſanarent. Verè Auguſtinus *Tract.* 2. *in Ioh. Pertinet ad Reges ſeculi Chriſtianos, ut temporibus ſuis pacatam velint habere matrem ſuam Eccleſiam.* Vid. Grotius *de Imper. ſumm. poteſtat. circ. ſacr. c.* 6. *n.* 9.

IV. Religio verò in Eccleſia (quæ eſt cœtus hominum docentium & diſcentium verbum Dei, & utentium Sacramentis, quos ſub capite Chriſto in hac vita conjungit vel fides, vel certæ fidei profeſſio. B. Calixtus *in compend. Theol. part.* 2. *p.* 174.) ut plurimum exercetur, agimus hîc de Eccleſia viſibili militante, quæ publicis ædificiis indiget. Olim in montibus ac lucis

A 3 ſub-

decretum refert Eusebius *l. 2. de vita ipsius*, nova templa splendidissimè construi cœperunt, quem sequentes Imperatores, inter quos non minimam laudem meretur Justinianus noster, imitati sunt. Paulus Warnefrid. *de gest. Longobard. pag.* 208. Sicuti verò ad omnem societatem civilem necessario requiritur aliqua religio seu divini numinis cultus, ita quoque, ut ille cultus rite peragatur, quoque requiruntur bona quædam huic usui peculiariter deservientia, ne quid de structuris ac fabricis templorum, aliisve rebus ad divinas cæremonias pertinentibus dicamus, saltem personis, quæ sacra tractant, in qualibet republica opus, iis verò ut de victu prospiciatur, æquũ est; Dicit enim Scriptura: *Bovi trituranti os non obligabis, & dignus est operarius mercede sua,* 1. *Tim.* 5. 18. *Gal.* 6. 6. Beatus Calixtus *Epist. Theolog. p.* 183. Quia igitur hæc materia de bonis Ecclesiasticis insignem habet usum, utpote quæ ipsa se ostendit, ut utamur verbis Ulpiani *in l.* 1. *pr. ff. d. in integ. rest.* & per universum juris oceanum est diffusa, in curiis & tribunalibus frequens; indque attingenda juxta Pauli monitum *in l.* 25. *ff. de lib. legat l.* 44. *in pr. de usucap. l.* 6. *§. fin. d. precar.* operæ pretium me facturum existimavi, si eam pro viribus ingenii pro consequendis honoribus Doctoralibus certâ aliquâ methodo elaboratam, exhiberem. Tractationem quod attinet, primò de natura bonorum ecclesiasticorum sum dicturus: Secundò agam de acquisitione: Tertiò de dominio horum bonorum, ad quem illud pertineat: Quartò de illorum conservatione. Quintò de juribus & privilegiis: Denique de amissione bonorum ecclesiasticorum. Si quid minus rectè à me dictum fuerit, BENEVOL. LECTOR eâ parte mihi ignoscet, omnium enim habere memoriã, & in nullo penitus peccare, divinitatis magis est quàm mortalitatis, uti loquitur Justinianus *in Confirmatione ff. ad magn. Sen.* §. 13. *& l. tanta* 2. *§. si quid* 14. *C. de Vet. jur. enucl.* Ut verò hæc omnia bene & feliciter peragantur, omnino necessarium est, ut principium hujus dissertationis inauguralis fiat decens & amabile Deo. Sunt etenim maxima dona in omnibus Dei. *l.* 2. *C. d. offic. Præf. Prætor. Nov.* 80. *in pr. Nov.* 85. *in pr.* Faxit

xit itaque Deus ter Opt. Max. ut viam veritatis ingrediar, omniaque cedant in ipsius divini nominis gloriam sempiternam.

V. Summa rerum divisio est, quâ res sunt vel divini juris, vel humani. *l.1.ff.d.rer.div.§.1.Inst.eod.* Illæ sunt, quæ hominum potestati & promiscuo usui sunt exemtæ, quomodo in solius Dei jure & potestate habentur, quarum tres species proponuntur, sacræ, religiosæ, sanctæ. Res sacræ sunt, quæ ritè per Pontifices Deo sunt consecratæ, *l.6.§.sacra.l.9.in pr.ff.eod.* Sanchez. *in præcept.decalog.tom.1.lib.2.c.43.n.26.* Barbosa *de jur.Ecclesiast. lib.3.c.2.3.* nec alienari possunt excepta causa redemtionis captivorum, item pauperum alendorum tempore famis; si ita premantur, ut vitæ illorum sit succurrendum. *l. sancimus* 21. *C.de sacros.eccles.* debitorum quoque ecclesiæ causa, si creditores urgeant, nec aliunde debitum exsolvi possit. *Auth. præterea C.de sacros.eccles. Nov.*120.*c.*10. *C. aurum* 12. *q.* 2. Wissenbach *in commentat.Cathedr.Cod.tit.d. S. S. Eccles.n.5.* Jure Canonico consecratio ad jus Episcopale refertur, adeoque autoritate Episcopi res fit sacra *c.nullus 25.c.ecclesia.*8. *dist.* 1. *de consecratione* Barbosa *de jure Eccles.lib.2.c.2.* Hodie in nostris ecclesiis auctoritate ejus, cui superioritas territorialis & vi hujus jus Episcopale competit, Ecclesiæ ædificantur, reficiuntur, altaria extruuntur, & alia parantur, Deoque dicantur & consecrantur, nec sine consensu illius & autoritate ecclesias sive templa ædificare licet. *Nov.*131.*c.6.Nov.*67.*c.*1. idem in statutum in Concilio Chalcedonensi, *can.* 4. qui canon relatus est *in c.*10. *caus.* 18. *q.* 2. & in Concilio Aurelianensi Agathensi *can.*58. & Ephaunensi, *c.*10.& 8.*c.*13.13.*q.*2. idem definitũ in Concil. Aurolianens.*c.*24. *relato in c. nullus* 14.*c. & quæst. ead.* Barbosa *de jur. eccles. d. c.* 2.*n.*17. Graviter Hugo Grot *apolog. disc. eorum qui Hollandiæ præfuerunt. pag.* 169. *Penes quem publica templa esse debeant, summæ potestatis arbitrium est, sicut & LL. inter juris partes, sacra & sacerdotia cæremoniasque connumerant.* Anton. de Butrio *de jur.patronat.c.25.n.3.* Hieron.Boichius *de jur.patronat. c.2.n.* 2. Non enim temerè ædificare licet, sed experiendum prius, an fructus & reditus adsint sufficientes, quibus ecclesia construi,

con

constructa servari & ministri Ecclesiæ sustentari possint. *Nov.* 131.c.7. Barbosa *d.c.2.n.34.c.ad audientiam* X. *de Eccles. ædif.* Nam ædificium loco congruo fiat. *c. Ecclesias* 13. *de Consecrat. dist.*1. ex justaque causa & Populi Christiani incrementum Ecclesiam ædificari postulet *c. felix.c.multis.c.præcipimus.*16.*q.*4 nec id fiat in præjudicium alterius.*c.Ecclesiæ.c.quicunque* 16.*q.* 1. *c.*1.*X.de oper.nov.nunciat.* Nulli verò alii quàm Episcopo aut Consistorio munus hoc inquisitionis competit. Carpz. *Iurisprud.Eccles.lib.*2.*t.*22.*d* 334. Mevius *part.*3.*decis.*183.

VI. Ab hisce rebus sacris directò & immediatè ad cultum divinum spectantibus differunt res Ecclesiasticæ, quæ sunt in Dominio vel patrimonio Ecclesiæ, monasterii & aliorum collegiorum ad pios usus fundatorum; hæ enim immediatè ad cultum divinum non adhibentur, nec Deo sunt consecratæ, sed diversis Ecclesiarum, piorumve locorum, & personarum ad ea pertinentium usibus inserviunt. Dn. Struv *in Syntagmat. jur. Exerc.*3.*n.* 71.& Syntagm.*Iur.Feud.cap.*6.*aph.*4. & quia harum rerum proprietas est penes Ecclesiam *l.* 14. *C. de SS. Eccles. Auth.omnes peregrini.C.Commun.d.success.* dicuntur bona Ecclesiastica, Klock. *tom.*1 *consil.*35.*n.*250.*& seqq.* & appellantur jure Canonico patrimonium Christi, *c. cum secundum* 16. *in pr.* ibi. *Vt Clerici vivere debeant de patrimonio Christi.X. de præbend. c.cum ex eo* 34.*vers. Nos super hoc.* ibi *de Christi patrimonio, x. de elect.in* 6. Klock. *d.cons.*35.*n.*239. Bona pauperum. *can. fin.* 16 *q.* 1.Rittershus. *in differ.jur.civ.& canon.l.*7.*cap.*14. Thom. Merckelb.*in cons.Klock.tom.*1.*consil.*21.*n.*62.Surd.*de aliment.tit.* 1.*q.*54.*n.*6.Petr.Greg.Tholosanus *lib.*2. *Syntagm.jur.univers.c.* 28.Carpz. *Jurisprud.Ecclesiast.lib.*2.*tit.*19.*d.*298.*n.*22.23.24. Et profectò nihil æquius est, quàm ut ministris de necessariis ad conservandam mortalem vitam provideatur, quod ipsum jus naturale, quod est dictatum rectæ rationis. Grot. *de I.B. lib.*1. *cap.*1.*n.*10.dictitat Grot.*ad Matth.*10.*v.*10.*pag.*197.ibi.*Sumitur hic* τροφῆς *nomen generalius, quomodo Jurisconsulti pronunciant legatis alimentis, cibaria & vestitus, & habitationem deberi, quia sine his corpus ali non potest. Quanquam autem sententia*

B *hac*

 

hæc, eum, qui operas præstat, victu, aut ut Lucas & Paulus loquuntur, mercede dignum esse, referri possit ad divinæ benignitatis æstimationem, tamen cum Lucas & Paulus apertè hanc χέσιν ponant, non inter Deum & Evangelii præcones, sed inter eosdem præcones & qui eorum præconio edocentur, putem ejusdem pronunciati eandem esse sententiam, ut hoc dicat Christus: *Deo providente victum accipietis ab illis ipsis, quibus docendis sanandisque operam navabitis: idque jure æquissimo. Quid enim justius, quàm τοὺς τὰ πνευμάτικα σπείροντας τὰ σαρκικὰ θερίζειν, 1. Corinth. 9. 11. Quantillum est tenuis victus, si cum tantis beneficiis comparetur? Atque hic iterum apparet μισθὸν dici citra æqualitatis rationem: neque tantum ubi merces operam excedit, quod alibi ostendimus, verum etiam ubi indigna est merces, quæ ad operam comparetur.* Et *pag. 195. d. c. 10. Matth. Interim Christus & Apostoli tum verbis tum exemplo docuerunt æquum esse, ut qui rebus omnibus neglectis, procurandæ aliorum saluti vacarent, ab ipsis vicissim honestè alerentur: Quomodo à Quintiliano notatum est, & Socrati collatum ad victum, & sapientes, si res familiaris id exigeret, passos sibi gratiam referri. Sustentationem necessitatis, ut Augustinus loquitur, recipiebant à populo, mercedem dispensationis à Domino: quanquam huic quoque juri suo Apostoli & Paulus præsertim sæpissimè cesserunt, manibus suis victum sibi potius quærentes, quàm aut pauperculis oneri essent, aut ad malevolorum calumnias paterent. His artibus Evangelica veritas per orbem totum propagata est, à quibus quantopere recesserint posteriorum temporum mores, tam dictu supervacuum est, quàm triste cogitatu.* Et *in Epist. ad Corinth. 9, v. 8. pag. 397. Qui jumentis consultum voluit, multo magis hominibus laborantibus, ut laborem soletur spes mercedis, sive ea detur in parte rei ipsius, in qua laboratur, ut fit colonis partiariis, sive in pecunia, quæ omnium rerum vicem subit.* Et *vers. 11. Bis à minori ducit argumentum: primum à jumentis ad homines: deinde ab hominibus laborantibus in iis, quæ ad hanc vitam attinent, ad homines laborantes in rebus ducentibus ad vitam meliorem. Si illi digni sunt, qui alantur, quanto magis hi. Serere & metere frequentia in proverbiis, ut no-*

notavimus ad Matth.25.22. Ioh.4.37. Hoc loco serere est operam præstare, metere pro opera aliquid accipere.

VI. In primitiva Ecclesia vixere Clerici ex piorum voluntariis oblationibus magna cum frugalitate, tenui victu, accurata parsimonia à divitiis abhorruere, omnem etiam luxum, pompam & vanitates seculi procul habuerunt, & si quid reliquum esset, pauperibus, captivis & peregrinis subministrarunt, veram esse opulentiam rati, quæ in multitudine eleemosynarum, non pecuniarum cumulo consistit, uti hoc egregiè ex antiquitate ecclesiastica confirmavit B. Calixtus *in exercitat. de sacrificio Christi in cruce semel oblato. th.* 17. *& seqq.* Anton. Robert. *rer. judic.lib.2.c.2.* Stuck. *part.*1. *cons.* 16. *n.* 46. Oblationum usus cœpit tempore Cain & Abel, vel secundum alios tempore Noe, ut *in Genes.*4.*&* 8. Abraham de spoliis, quæ à quinque regibus acceperat, decimam Deo dedit, ut historiam, quæ extat *Gen.* 14. explicat divinus scriptor *ad Hebr.* 7. 4. quo more Græci quoque, Carthaginenses & Romani Diis suis, ut Apollini, Herculi, Jovi Feretrio decimam de præda sacraverunt, Grot. *d.I.B.lib.3.c.6.n.*1. August. Barbosa *de jure Ecclesiast.l.*3.*c.* 23. In Veteri Testamento constitutæ erant decimæ & primitiæ; Hæ dicuntur quasi primi fructus terræ eo anno collecti. Sylvest. *in sum.verb.decima n.*1.*in fin.* Azor. *instit. moral.part.*1.*lib.*7. *cap.* 17.*q.*1. & sunt res, per quas initia, seu primitiva frugum in recognitionem divini beneficii, quo jucundissimos terræ fructus suscipimus, Deo, tanquam Creatori & datori illorum rependuntur. *Exod,* 20. ibi: *Decimas & primitias non retardabis reddere.* & *c.*23. *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui,* & *c.*26. *Primitia ab omni homine &c. Deut. c.* 26. ibi; *Tolles de cunctis frugibus tuis primitias.* Quæ non solum dabantur ab hominibus in veteri Lege, ut à populo Dei, sed etiam à gentilibus: Romani non gustabant vina, aut novas fruges, priusquam sacerdotes primitias libassent. Alex. ab Alex. *dierum genial. l.*5. *c.*18. Plin. *l.*18.*c.*2. & Athenienses Apollini dabant primitias crinium, cum ex Ephebis excessissent, ad exemplum Thesei, qui post suam pueritiam primas comas, quas pri-

mò totondit, Phœbo & Æsculapio aut Libero in primitias obtulit. *Exod. c. 25.* & affirmat Hieronymus *super Ezech.* quòd ex Majorum traditione inductum, ut major pars primitiarum fuerit quadragesima, minor sexagesima, & in arbitrio solventis dare majorem vel minorem partem de fructibus terræ: de animalibus verò dederit tantum primogenituram, licet alii statuant, quod de ducentis unum, & qui tot animalia non habuerunt, æstimationem pro pretio dederint. Vid. Gutier. *can. lib. 2. c. 21. n. 11.* D. Thom. *2. 2. q. 86. art. ult.* Barbos. *de jur. Eccles. l. 3. C. 25.* Decimæ sunt omnium bonorum licitè quæsitorum certa pars Deo, ejusque ministris lege civili Ebræorum debita. Didac. Covar. *lib. 1. c. 17. n. 2.* Monet. *de decimis c. 2.* Rebuff. *de Decimis q. 4.* Sot *de justit. lib. 9. q. 4. art. 6.* D. Thom. *2. 2. q. 87. art. 3.* Tyndar. *de Decim. n. 29.* Hæ fuerunt triplicis generis, vel communes, quæ debentur Levitis in compensationem duodecimæ partis terræ. *Lev. 27. v. 30.* vel decimæ decimarum, quas Levitæ pendebant sacerdotibus pro ministerio. *Num. 18. v. 16.* Vel Decimæ pauperum, quæ cum Levitis communes erant cum pauperibus, viduis, pupillis & peregrinis. *Deut. 4. v. 1.* Grot. *d. I. B. l. 1. c. 1. n. 17.* affirmat legem veterem de sabbato, & alteram de decimis monstrare Christianos obligari, ne minus septimâ temporis parte ad cultum divinum, nec minus fructuum decima in alimenta eorum, qui in sacris rebus occupantur, aut similes pios usus seponant, idem asserit Wilhelmus Zepper, *de LL. Mos. lib. 4. c. 10.* Marcus Anton. de Dom. *de Republ. Eccles. lib. 9. c. 2. n. 9.* ita pronuncians: *Ego ad obligationem juris divini naturalis à Deo etiam explicati decimas pertinere non dubito, quia ut dicebam initio, Domini est terra & plenitudo ejus: Adhuc igitur sibi retinet Dominus suum dominium directum, & solum dominium utile hominibus concessit. Dominamini, inquit, piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis terræ: quia cum ista sint usu consumtibilia, in his non distinguitur usus à dominio: non tamen dixit, Dominamini terræ. Igitur pro directo dominio Deo debetur feudum ex fructibus, & aliis terræ emolumentis: quod sanè feudum in decima consistit parte, ita Domino inspirante primis patribus, ac expressè deinde, ut supra dicebam, de-*

cla-

clarante & precipiente. Cum itaque precepta de decimis non sint purè judicialia, neque ceremonialia pro solo populo Iudaeorum; sed sint moralia, & juris divini naturalis à Deo comprobati & explicati, illa omnes homines perpetuo obligabunt de jure, quam de facto à solis fidelibus Dei cognitionem habentibus illa serventur. Imo etiam Iudaei de facto ab hac obligatione decimarum liberi sunt & fuerunt, quoties in captivitatem abducti terra sibi concessa usum non habuerunt. Quod enim de Tobia legimus, illum in captivitate omnem decimationem obtulisse, id intelligendum est ab eo pietatis abundantia, non justitia obligatione factum. Dum enim ex illa terra nullos fructus percipiunt, & in captivitate terras proprias non habeant, cur foedere graventur decimarum? Pro hac sententia hae rationes militare videntur, 1. quod decimae ante latam legem in usu fuerint, 2. De illis certa praecepta in legibus Ebraeorum extent. *Exod.* 12. *Levit.* 27. *Num.* 17. Decimae verò sunt quaedam praediales, seu reales, quae ex fructibus praediorum colliguntur, Monet. *de decim. c.* 4. Basil. Pont. *de matrim. l.* 5. *c.* 13. Barbosa *de iur. Ecclesiast. l.* 3. *c.* 26. §. 1. nonnullae personales, ut fuere illae, quae ex lucro humana industria quaesito comparantur, ut communiter Canonistae & Theologi distinguunt. D. Thom. 2. 2. *q.* 87. *art.* 1. Trullench. *in precept. decal. l.* 3. *c.* 3. *dub.* 2. Monet. *de decim. c.* 4. *n.* 1. Sot. *de just. & jur. l.* 9. *q.* 3. *art.* 1. Quibus David à Mauden *in discurs. moral. ad septim. precept.* addit decimas mixti generis. Host. *in summ. tit. de decimis* §. 1. Monet. *de decim. c.* 3. *n.* 9. Cardo verò difficultatis consistit in decimis praedialibus, personales enim in legibus Ebraeorum non erant praeceptae. D. Thom. 2. 2. *q.* 87. *art.* 2. Barbosa *de jur. Eccl. l.* 3. *c.* 26. *summar. n.* 10. ex quo jure haec obligatio fluat, an ex jure naturali, vel voluntario, & hoc vel divino vel humano? Respondemus, quod decimae duplici modo considerari possint: 1. respectu congruae sustentationis. 2. respectu ad certam partem vel quotam, quae de rebus acquisitis est solvenda, quam distinctionem referunt D. Thom. 2. 2. *q.* 87. *art.* 1. Sot. *de Iust. & jur. l.* 9. *q.* 4. *art.* 1. *v. prima conclusio.* Covar. *var. resol. l.* 1. *c.* 17. *n.* 2. Trullench, *in precept. decal. l.* 3. *c.* 1. *dub.* 1. *n.* 3. Illo sensu obligatio non can-

tantum ex jure divino voluntario, sed etiam ex naturali originem habet, recta enim ratio præcipit, ut stipendium seu sustentatio præstetur iis, qui servitium aliquod præstant. Et in his terminis accipienda est Canonistarum sententia, qui docent decimas à Deo institutas esse, & jure divino nunc quoque deberi. *gloss.in c.tuobis & c.nuper de decim.* Trullench. *in præcept. decal.d.dub.*1.*n.*4. Tyndar.*de decim.n.*10. Rebuff. *de decim. q.*1. *n.*14. Joseph. Ludovic. Peruſ. *decis.* 106. *n* 33. si verò posteriori modo considerentur, solummodò jure humano sunt debitæ. *c.Parochianos.& c.in quibusdam.de decim.* Abulens. *in Matth. c.*23.*q* 90. Azor. *Instit.moral.part.* 1.*l.*7 *c.*23.*q* 4. Monet.*de decim.c.* 1. *n.*11. Reinking. *de R S.& E.l.*3.*class.* 1. *c.* 8. *n.*8.9.10. D. Thom. 2.2.*d.q.*84.*art.*1. Licet enim jus naturale dictitet, dandum esse stipendium vel sustentationem illis, qui servitia necessaria præstant, non tamen definit decimam partem magis, quàm tertiam vel quartam. De jure positivo divino idem constat, non enim hoc determinat decimam partem esse solvendam, sed dicit saltem, dignum esse operarium suâ mercede. Quod verò jubeatur lege Ebræorum dari decima, illa nos non obligat, sive hæc ad legem cæremonialem, sive ad forensem Ebræorum referatur. D. Thom. 2.2.*d.q.*84.*art.*1. Sot. *d. q.* 4. *art.* 2. Grot. *d.I.B.l.*1.*c.*1.*n.* 16. Barbos.*de jur.Eccl.l.*3.*c.* 26. *de decim. summ.n.*6.7.8. Obligatio itaque decimarum ratione certæ quotæ seu partis fluit ex jure positivo Ecclesiastico. Carpz. *Jurispr. Ecclesiast. lib.* 1.*tit.*8.*d* 125. Paul. Tarnov. *in decis. quæstionis: An decimæ ex justitia debeantur sacerdotibus.* & apud Georg. Dedekenn. *Vol.*1.*consil.ecclesiast.part.*2.*fol.* 843. & sic iterum tolli potest. Tom. Merckelbach. *in consil.* Klocken.*tom.*1.*consil.* 41.*n.*14.15. & ita ab amplissima facultate juridica ante paucas septimanas responsum à spectabili Domino Decano percepi.

VII. Tempore N. T. hæc fuit facies Ecclesiæ, Christus, qui erat Dominus terræ, & plenitudinis ejus, *Psal.*24. 1. Terrenas possessiones habere noluit, esurivit sæpissimè & sitivit, sudavit & alsit, à piis personis ad sustentandam vitam adjumenta voluit accipere, *Luc.*8.1.2. quem profectò illos, qui loco ipsius posi-

positi,pro illo legatione funguntur in terris. 2. *Cor.* 10. imitari decet; Eodem modo Christus præcepit initio suis Apostolis,ut in prima missione ex fidelium eleemosynis vitam transigerent, *Marc.*10.1. *Matth.*10.*vers.*9.ibique Grot. *p.*195.De quo præcepto Christi ita differit B.Calixtus *in concord. quatuor Evangelic.scriptor l.*4.*c.*6. *Hoc autem mandatum non nisi quoad prima hujus missionis tempus obligasse constat, nempe quò magis essent ad iter brevi perficiendum expediti,& experirentur necessaria sibi non defutura,si ipsi officio,quod administrandum acceperant ,non deessent.* Constat ex *Luca cap.*22.*v.*35.ubi Servator, *quando*, inquit, *misi vos absque crumena & pera & soleis, nunquid defuit vobis? ipsi verò dixerunt ; nihil. Dixit ergo eis: At nunc qui crumenam habet,tollat eam similiter & peram,&c. Paulus habitavit in proprio conducto Actor.*28.*v.*30. *Porrò non vult Servator Apostolos ablegatos , rerum, quas diximus,cura occupatos esse, quia dignus est,*inquit,*operarius alimento suo , nempe conveniebat , eos, quibus illi verbum annunciaturi erant,quæ ad victum & amictum requirebantur,subministrare. Vnde Paulus* 1.*Cor.*9.14. *Dominus constituit iis,qui Evangelium annunciant , ut ex Evangelio vivant. Et v.*11. *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est,si nos vestra carnalia messuerimus? At paulo dixerat Servator, gratis accipite,gratis date. Respondeo,aliud est vendere spiritualia,quod nullo modo licet , quia ex gratuito* Dei *beneplacito hominibus eroganiur,neque ullo terreno pretio compensari possunt, aliud est laborantem capere,quæ sibi sunt necessaria,unde vivat,non quidem ut pretium pro merce,sed ut stipendium pro labore, sicut & milites sine stipendio non militant,* 1. *Cor.*9.7. *Cum interim vita, quam patriæ & Reipubl.impendunt , quovis pretio sit pretiosior.* Hactenus Beatus Calixtus. A Christo sic edocti discipuli relictis omnibus propriis terrenis fortunæ adjumentis, se pro humanis necessitatibus alienæ pietati commiserunt. Prosper *de vit. contempl.l.*2 *c.*14.*in Concil.Aquisgran.c.*3. De *Evangelio vivunt,* inquit,*qui nihil propriũ habere volunt,qui nec habent,nec aliquid habere concupiscunt,non suorum,sed communium possessores. Quid est aliud de Evangelio vivere,nisi laborantem inde,ubi laborat, necess-*

necessaria vita percipere? Vivebant itaque in veteri Ecclesia Pastores ex spontaneis oblationibus fidelium. Possid. *in vita August. c. 22.* de illo hoc inter cætera scribit: *Pauperum semper memor erat, eisque inde erogabat, unde & sibi suisque omnibus secum habitantibus, hoc est vel ex reditibus possessionum Ecclesiæ, vel etiam ex oblationibus fidelium, & dum forte ut assolet de possessionibus ipsis invidia Clericis fieret, alloquebatur plebem* Dei, *malle se ex collationibus plebis* Dei *vivere, quàm illarum possessionum curam vel gubernationem pati, & paratum se illis cedere, ut eo modo omnes* Dei *servi & ministri viverent, quo in veteri testamento leguntur altari deservientes, de eodem comparticipari, sed nunquam id Laici suscipere voluerant.* Ex quibus videmus sanctum hunc virum agnovisse, ministros Christi terrenorum curam minimè decere, & eos ex quotidianis piorum oblationibus vivere debere. Et Chrysost. *hom. 15. in 1. Tim. Ego,* inquit, *Ecclesiæ præsules audenter dixerim, nil præter victum & vestitum habere oportere.* Ambrosius ait 12. *q.* 1. *c. cui portio: Cui* Deus *portio est, nihil debet curare nisi* Deum, *ne alterius impediatur necessitatis munere; Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur. Hæc enim vera est sacerdotii fuga, abdicatio domesticorum, & quædam alienatio carissimorum, ut suis etiam se abneget, qui servire* Deo *gestit.* Hieroym. *ep. 2.* scribit; *Ignominia sacerdotis est propriis studere divitiis.* Chrysost. *in 2. Cor. homil. 2.* dum explicat verba illa Pauli: *Sicut egentes, multos autem locupletantes,* ait. *Nam quidam dicunt divitias hic appellari spirituales: Ego verò dixerim etiam carnales; Etenim & illi locupletes erant novo quodam modo, habentes omnium domos sibi apertas: Et hoc manifestavit per hoc, quod postea dixit, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: Et quomodo hoc est? Imo quomodo contrarium est? Nam, qui multa possidet, nihil habet; qui autem nihil habet, bona omnium possidet. Si autem miraris, quomodo est, quod nihil habens omnia habet; illum ipsum in medium adducamus, qui orbi imperabat* (intelligit Paulum) *& non solum divitiarum illarum, sed etiam oculorum illorum Dominus erat; si fieri posset,* inquit, *oculos vestros eruissetis, & de-*

& dedissetis mihi. Et post pauca: *Quem enim ut angelum civitatis suscipiebant, pro quo oculos erutos dedissent, pro quo suam cervicem subjecissent, quomodo hic non omnia quæ illorum erant, possidebat?* Et Marcus Anthon. de Dominis *de Republ. Eccles. l.9. cap.1.n.27.* *Quid mirum enim*, inquit, *quod manus fidelium sint contractæ, oblationes cessarint, eleemosynæ exoleverint, si nos ipsi egregie ditati laicis ipsis etiam ditissimis invidiam excitamus? quis ministris Ecclesiasticis bona sua erogabit, si bona ecclesiastica, quæ sunt à piis fidelibus ad hoc donata ecclesiis, ut ipsi ministri ecclesiastici & pauperes inde alerentur, omnia in paucorum luxum, & plus quam laicalem splendorem cernantur absorpta? Non refriguit charitas Christianorum; sed illam extinxit avaritia ecclesiasticorum, ut inferius fusius ostendetur; Si juxta Christi præceptum nos omnes ecclesiastici, ac præsertim Prælati relinqueremus omnia propter regnum Dei & Evangelium; nobis etiam domus omnes divitum essent apertæ; & ex promisso Christi ubique patribus & matribus & fratribus & sororibus & agris; h.e. alienorum agrorum fructibus abundaremus.* Verum ut res clarius exprimatur, considerandi sunt varii modi, quibus bona terrena relinqui possunt; unus est, quo aliquis sua bona relinquit ex peculiari mandato, sicut fecère Apostoli; Hi bona sua reliquére non ex consilio, sed ex præcepto, quod tamen nos in exemplum trahere non debemus; alius est, quo bona quis relinquit urgentibus tyrannis, nempe cum vel Christus, vel bona relinquenda sunt, atque tum ut Christum retineamus non tantum bona, sed ipsam quoque vitam relinquere tenemur, non quidem ex consilio, sed ex mandato, cui nisi morem gesserimus, Christiano nomine indigni sumus. *Qui amat patrem aut matrem supra me, non est me dignus, Matth.10.37.* Atque sic relinquuntur bona ex necessitate, vel ob peculiare mandatum, vel ob urgentem tyrannidem, & ad hanc desertionem vera paupertas consequitur. Citra necessitatem relinquuntur bona, cum conferuntur in commune, ut plures simul juncti ex iis vitam tolerent. Ad hanc desertionem vera paupertas non consequitur, totum enim collegium suorum bonorum dominium obtinet, licet singulis non con-

C ces-

cessum sit ea tractare, ut lubeat. Talis verò ratio Monachorum, non mendicantium. De illo verò modo relinquendi bona, quem Franciscus invexit, nempe ut citra necessitatem quispiam abdicet sese omnibus bonis, neque quicquam habere velit, sive in communi, sive in proprio; neque præceptum usquam, neque consilium extat, sed merum est figmentum humanum, & quidem ineptum & absurdum. Et quid sibi volunt isti homines, num quia sese omnibus bonis ex stulta persuasione, citra ullam necessitatem abdicant, aut abdicare simulant, perfectiores sibi videntur Abrahamo, Davide, qui & conjuges & divites fuêre, ipsis denique Apostolis, quorum nonnulli conjuges 1. *ad Cor.* 9.5. omnes sine dubio aliquid proprii habuerunt? Et num perfectiorem viam, & vitam aut meliorem, aut quæ minori compendio ad æternam ducat, se invenisse putant, quàm quæ Servatori & Apostolis ejus cognita fuit & usurpata. Habuerunt illi proprium aliquid, vel ad minimum in communi: Judas enim marsupium portabat, *Ioh.* 12. 6. imo in particulari, *qui crumenam habet*, ait Christus, *tollat eam, similiter & peram*, *Luc.* 22. 36. Paulus habitavit in proprio conducto, *Act. ult.* 30. manibus, quæ sibi suisque usui erant, comparavit, *Act.* 20. 30. 1. *Cor.* 4. 12. 1. *ad Thess.* 2. 9. 2. *Thess.* 3. 8. Illa itaque ipsius propria fuêre, & (nisi erravit in definiendo Pontif. Rom. Iohannes XXII.) *pertinaciter affirmare, redemptorem nostrum ejusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua neque in communi, erroneum & hæreticum est. Extravag. de verb. sign. c. cum inter.* B. Calixt. *in concord. quat. Evangelic. scriptor lib.* 5. *c.* 23 *p.* 278. de quo pluribus in sequentibus agam.

IX. Sublatis è mortalitate Apostolis primitiva Ecclesia tribus prioribus seculis intra fines oblationum permansit, uti commemorat Iohannes Martyr *in Apol.* 2. Tertullianus *in Apologetico cap.* 39. menstruas stipes tanquam præ aliis longè largiores prædicat, & deposita pietatis nuncupat. Illis itaque temporibus Ecclesia potius pecuniis ex prædiorum venditionibus coactis quàm immobilium reditibus sustentata est. Nec obstant c. *videntes* 12. q. 1. ex Urbani I. Rom. P. circa annum Chri-

sti

sti 225. & *c. futuram* 12. *q.* 1. Cranz. *in Metrop. l.* 2. *c.* 1. Verum ipse Baronius *ad annum* 865. imò *tom.* 2. *annal. ad ann.* 102. *sect.* 7. piorum Pontificum epistolas respiciens rectè lectorem monet, *non innitendum esse apocryphis.* Et Blondell. omnis antiquitatis promus *in proleg. exam. epist. Decret.* illum fœtum in media Germania, & quidem Moguntiæ conceptum, & natum esse circa tempora Othgarii Archipræsulis. Vid. Magn. Conringium Principem Politicorum, *de O. I. G. c.* 16. M. Anton. de Dom. *de Rep. Eccles. l.* 9. *c.* 3. *n.* 3. Acroma *de natura ac jur. bonor. Ecclesiast.* Authore M. B. §. 5. Seculo IV. Constantinus M. ad fidem conversus templa magnis sumtibus exstruxit & ornavit, Sozom. *l.* 2. *c.* 5. annuos reditus Diis gentilibus sacratos illis concessit, Cedren. *in Hist. & ex eo.* Otto Frising. *l.* 4. *hist. c.* 3. Decimas per singulas civitates in stipendium ministrorum cultus divini deputavit, & sancivit, si nullus cognatorum superesset, qui ulli vel martyrum vel confessorum ex lege succedere possit, ut Ecclesia hæreditatem adiret, Euseb. *de vita Constant. M. lib.* 2. *cap.* 35. primamque legem tulit *Cod. de S. S. Eccles.* quâ unicuique licentia conceditur sanctissimo, Catholico, venerabilique concilio decedens, bonorum quod optaverit relinquere Concilio, id est, Ecclesiæ. Cæterùm multi post Constantinum principes, quod Ecclesiis indultum erat, id Clericis singulis non indulsêre, ad vitandas captationes, & alias malas artes. Ambrosius Valentiniani tempore: *Scribuntur testamenta templorum ministris: nullus excipitur profanus, nullus ultimæ conditionis: nullus prodigus verecundiæ: soli ex omnibus votum commune suscipitur, officium commune defertur, nulla legata vel gravium viduarum; nulla donatio; & ubi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio multa præscribitur. Quod sacerdotibus fani legaverit Christiana vidua, valet: quod ministris Dei, non valet. Quod ego non ut querar, sed ut sciant, quid non querar, comprehendi. Malo enim nos pecuniâ minores esse quam gratiâ. Sed referunt ea quæ vel donata, vel relicta sunt Ecclesiæ, non esse temerata.* Sic & Hieronymus ad Nepotianum: *Pudet dicere sacerdotes Idolorum, aurigæ & mimi, & scorta hæreditates capiunt; Solis clericis & mo-*

chis id lege prohibetur, non à persecutoribus, sed à Principibus Christianis, nec de lege conqueror, sed doleo cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est, sed quo mihi vulnus, ut indigeam cauterio? provida severaque legis cautio. Grot. *in Flor. spars. ad jus Inst. leg. 1. Cod. d. S. S. Eccles.* Oblationes itaque, quas ab initio fideles ad Ecclesiasticos deferebant, in rebus ad victum necessariis, postea quando Ecclesia cœpit prædia retinere, quæ vendenda offerebantur à piis, fiebant etiam prædiorum integrarumque villarum; atque hæ oblationes vocantur *fundationes beneficiorum*, seu *dotationes*, quæ ita in Ecclesiam irrepserunt. Et certis legibus statutum fuit, ne templum aliquod consecraretur, nisi illud dotem haberet in fixis reditibus ad illud sartum tectum conservandum, ad cæremonias, ad vasa, & ad ministrorum sustentationem; cujus vestigia apparent *in Concilio Aurelian. 4. cap.* 33. circa annum Christi 526. *Concil. Valentin. c. 9.* ann. 599. tempore Lotharii Imperatoris, & aliis *c. placuit.* 1. *c. 1. q. 2. c. pia mentis. 26. c. 16. q. 7. c. nemo. 9. de consecrat. dist.* 1. *c. sanctitum. 1. de censib. c. cum sicut.* 8. *de consecrat. Eccles. Justin. Imperat. Nov.* 3. Marcus Anthon. de Dom. *de Repub. Eccles. lib. 9. c. 3. n. 5.* Stuk. *part. 1. cons. 26. n. 53.* Barbosa *de jure Eccles. l. 2. c. 2. n. 34.* Quæ omnia licet ex pia intentione sint peracta, illa tamen maxima damna Ecclesiæ Christi intulerunt, Hieronymus *in vit. Malchi*: *Postquam Ecclesia ad Christianos Principes venit, potentiâ quidem & divitiis major, sed virtutibus minor facta est.* Et vera sententia Severi Sulpitii: *Auro non strui Ecclesiam, sed destrui.* Cæterum fictitiæ sunt illæ tabulæ, quibus Episcopi fingunt se ex donatione Constantini M. præter dominium spirituale super Ecclesias, accepisse etiam temporale urbis Romæ & totius Italiæ, sceptra Imperialia, cujus largitionis argumentum *c. Constantinus. 13. dist. 96.* est insertum. Illa enim omnia, quæ *d c.* in præjudicium Imperii de famosa donatione Italiæ à Constantino M. Pontifici facta dicuntur, ejus ævi verioribus monumentis & historiis repugnant, cum nec Damasus Episcopus Romanus in vita Sylvestri, nec Anastasius, nec Eusebius, qui fuit diligens scrutator rerum Christianarum, nec

Hie-

Hieronymus,qui floruit circa annum 390, Augustinus, Ambrosius, Iohannes Chrysostomus, nec Ammianus, nec Beda, nec Orosius unquam meminerint, & in hercifcunda Constantini familia Italia & ipsa Roma reperiantur. Eusebius *de Vita Constant.lib.4.c.49.n.50.& seqq.* Sozin.*lib.*2. Victor. *in Constant.* Zonara *tom.*3. Non igitur verisimile est, Italiam fuisse Pontifici donatam,& Isidorus, Burchardus, Ivo eam ut Apocrypham decretis suis excluserunt. Et quod illa donatio non sit facta, testes sunt Hieronymus, Paulus Catalanus Canonicus Barcinonensis J.U.D.& Alexandri VI. cubicularius *in practica Cancellariæ Apostolica.* Volateranus *in vita Constantin.* Laurentius Valla Patritius Romanus *in discurs.de ficta hac donatione.* Anthonius Archiepiscopus. *part.6. tit.8.cap.*2- Otto Frisingensis Episcop. *l.*4. & ipse Æneas Sylvius, qui postea Pius dictus Pontifex Romanus eam donationem esse falsam tractatu quodam edito,quem citat Catalanus *loc. cit.*probat & affirmat Iohannes Aventinus *l.*5.illam fabulam donationis Henrico IV. imperante primum esse excogitatam, accedit quod per plures quam 300 annos post Constantinum Imperatores gubernacula tenuerint Italiæ per Duces, Præsides, & Rom. urbis usque ad tempora Innocentii II. Imo quàm multa absurda *in d. c. Constantinus* continentur,uti ostendunt Reinking. *de reg.Sec. & Eccles. l.* 1. *class.*2.*c.*8.*n.* 52. *& seqq.* Nicolaus Henelius ab Hennenfeld. *in otio VVratislaviensi cap.* 32. D. Iacob Andræas Crusius *in tractat· Polit. Iurid.Histor.de praeminentia l.*2.*c.*1.*n.* 71.*& seq.* Acroama *auct.M.B.de nat.ac jur.bon.Eccles.membr.*1.§.7.

X. Post Constantini ætatem Iulianus Apostata abrogatâ Christianâ religione, quam Constantini M. exemplo professus fuerat, omnia beneficia in Ecclesiam collata, eidem ademit, Clericis possessiones & ipsa vasa eripuit hoc ficulneo argumento munitus,quod Evangelium pauperes beatos prædicet· Sozomenus *lib.*5.*Hist.Eccles.c.*5. Ammian. *lib.* 22. 23.24. Verum Juliano extincto Constantini decreta Valentinianus in usum revocavit, licet non omnia Constantini liberalitate Ecclesiis concessa, ob ærarii inopiam restituerit. Seculo V.

 Chri-

Christianorum Principum liberalitas erga Ecclesiam fuit angustior: privatorum tamen non exaruit. Basilius *epist.* 140. Donec Iustinus I. Constantinopoli sacras opes iterum auxit. Niceph. *l.*17.*c.*40. Et permiserunt Patres priorum quinque seculorum oblationes pro defunctis, quæ etiam Tertulliani ævo in latinis Ecclesiis fuerunt receptæ. Tertullianus *lib. de Coron. milit. c.*3. Cyprianus *epist.* 34. quæ nil aliud erant, quàm certa quædam in Ecclesiam & pauperes donaria, quæ Hieronymus *in epist. ad Pammachium* vocat eleemosynas, & *epist.*33. *Paulini ad Alethium*, & fuerunt permissa sine commento ullius purgatorii, donec seculo VI. Gregorius saluti animarum ea valde conducere statuit. Et post hunc Gregorium in Ecclesia purgatorium receptum, & inde preces missæ exortæ pro liberandis animabus defunctorum; sicuti ex multis & variis donationum & traditionum exemplis à Clariss. Goldasto editis constat, adde & Henric. Meibom. *Apolog. pro Ottone IV. Imperat. pag.*137. *& seq.* Unde plerumque in vetustis istis fundationibus hæc verba inveniuntur. *Regnum Dei tantum valet, quantum habes: ideo penset unusquisque apud se ipsum, si habet, unde aliquid de facultatibus suis tribuere valeat ad venerabilia loca pro remedio animæ suæ, ut in sempiterna requie cum beato Petro & Andrea Paradisum mereatur possidere, quia illi datis rebus suis mercati sunt regnum cœlorum.* Quibus artibus & quantâ pertinaciâ Meinvvertus, Paderbornensis Antistes, ad ditandam Ecclesiam suam bona complura Henrico Claudo Imp. extorserit, probat historia ejus vitæ, in qua Henricum sic affatur: *Beatus tu es, Henrice, & benè tibi erit, cui pro hac oblatione cœlum patebit, cujus anima cum sanctis sempiterna possidebit gaudia. Videte omnes populi, considerate fideles universi, talis oblatio peccatorum fit abolitio: hoc sacrificium Deo acceptabile, animabus sit propitiabile. Hoc quoque fideles pro posse suæ facultatis imitari studeant, ut pro temporalibus æterna, pro transitoriis mansura obtinere valeant.* Quo verò stomacho & averso vultu inverecundi nundinatoris cauponationes idem Imperator exceperit, eadem ostendit historia hisce verbis: *Et tu,* inquit, *odium Dei, omniumque sanctorum ejus habeas,*

beu, qui me bonis concessis, cum detrimento regni, spoliare non cessas. Winkelman. *Notit. Vet. Saxo. Westphaliæ pag.* 473. Per quod medium immensæ opes & divitiæ Ecclesiæ sunt donatæ. Sanctus Bernhardus questus est: *Religio peperit divitias, & filia devoravit matrem*; quam sententiam ita explicat Goldastus *in præfat. Monarch.* Filia, scil. Ecclesia, devoravit imperium. Arnoldus Abbas Lubecensis paucioribus verbis expressit ajens: *Crevit possessio, & evanuit religio.*

XI. Seculo IX. scriptores Ecclesiastici commenti sunt à Carolo M. in Saxonia multos Episcopatus esse conditos, & qui multum Carolo tribuunt decem Episcopatus Saxonicos assignant. Herman. Schetel. Werner. Relevving. *lib.* 2. *de laud. Saxon.* alii novem, ut Petrus à Beck *in Aquisgran. cap.* 5. alii octo, Adam Brem. *in Hist. Eccles. c.* 9. alii septem. Cranz. *lib.* 2. *Saxon.* 23. Magis verisimile est à Carolo M. ne unum quidem Episcopatum in Saxonia conditum esse, ac ne quidem condi potuisse ob populum effrenem & indomitum adhuc id non permittentem. Gryphiander *de Weichbild. Saxon. cap.* 29. *n.* 5. *&* 6. Certè ante annum 804. quo finitum est bellum Saxonicum, fervente adhuc bello id fieri non potuit, ex qua causa arbitratur Lindebr. *in Chron. Carol.* quod Corbecense Monasterium fundari non potuerit, item de Ecclesia Hamburgensi Helmold. *lib.* 1. *Chron. Sclavor.* 3. 4. Adam Bremens. *cap.* 1. de Bremensi Episcopatu. Horum tamen institutio vulgò refertur ad annum 786. & seq. Quæ æra cum sit falsa, non tantum ipsa diplomata fundationum, sed & ipsam quoque institutionem ejusdem notæ esse confirmat Winkelman. *d. tract. lib.* 2. *c.* 5. *p.* 407. Non tamen negamus ad propagandam fidem Christianam Carolum M. finito bello Saxonico, templa, Ecclesias in Saxonia condidisse, illisque sacerdotes præfecisse. Winkelman. *dict. tract. pag.* 405. & ex iis templis vel ecclesiis progressu temporis sub Imperatoribus posterioribus factos esse Episcopatus. Gryphiander *de Weichbild. Saxon. cap.* 29. Non fuit in more positum Carolo M. integras provincias cum jure Imperii in Ecclesias titulo donationis transferre, sed pecuniam, bona mobilia, quandoque

doque etiam nonnulla prædia in episcoporum & Clericorum sustentationem. Vadian. *de Colleg. & Monast. German. lib.* 2. *fol.* 52.70.73. Nic. Miler. Archil. *c.*12.§.4. Eo tempore erant Episcopi nudi Pastores & Præcones verbi divini, sicut ex veteri loquendi consuetudine Episcopus pro Presbytero accipitur, *c. legimus.*24. *in pr.dist.*93.*c.ecce.dist.*95. Mager. *de Advocat. armat.c.*11.*n.*30. Rittershus. *ad Nov.Const.p.*1.*c.*3.*n.*5. & iidem erant Episcopi Presbyteri & Parochi non gradu & imperio, sed ordine tantum & ætate discreti, nomen enim Episcopi non sonat dominium, sed servitutem, uti Bernhardus ad Eugenium Papam scripsit *lib.*2. late Vadian. *de Colleg. & monast. German.* ibiq; Scobinger *in not.apud Goldast.tom.*3. *Rer. Aleman.* Claud. Salmasius sub nomine Walonis Messalini *libro de Episcopis & Presbyteris contra Dionysium Petavium Loyolitam.* Wissenbach. *in Commentat.Cathedrariis in Codicem lib.* 1. *tit.* 3. *d. Episcopis & Clericis n.* 2. vid. Knipschild. *d.Civit.Imper.lib.*2.*c.*3.*n.*232. Tales Pastores omnes ferè primi Germaniæ Episcopi fuerunt: apud Cranz. *in Metrop.* Casp. Brusch. *d.Episc.Germ.* qui animarum curam gerentes in Ecclesiis verbum Domini prædicarunt; Populos sibi commissos in fide Christiana erudiverunt. Sic S. Bonifacius Episcopus Moguntinensis Germanos superiores, Willehadus Saxones, Rustringios & Ostringios, Anscharius Danos & Holsatos, Chilianus Francos, Willibrordus Frisios. vid. Paul. Lang. *in Chron.Citizens.post princ.* Arnold. Mermann. *Theatr. Convers. Gent.* & refert Wimpheling. *in Chron. Argentin.* Episcopos Argentinenses primos 37. vel si Casp.Bruschio *de Episc.Germ.* credimus usque ad 46. non alium titulum gessisse, quàm hunc: *Ego N. divina favente Clementia, Argentinæ Ecclesiæ Pastor indignus*; illumque titulum ipsos usurpasse usque ad Friderici Barbarossæ tempora. Ioh. Speidel. *in annot.ad Gunth. Ligur.* Winckelm. *d.tract.lib.*2 *c.*6.*n.*8 9.10. Pastor est docente S. Augustino, cui oves pascendæ sunt concreditæ, est enim hæc infallibilis optima Pastoris nota & character, si vel animam (vitam per metonym.) pro incolumitate & salute ovium suarum exponere non supterfugiat *Ioh.*10. *v.* 11.

Pa-

Paſtor bonus animam ſuam deponit pro ovibus. Grot. *in annot. ad c.10. Ioh. pag.* 745. Anno Chriſti 813. Epiſcopi in Concilio Turonenſi inter alios hunc canonem IV poſuerunt. *Solicite ſtudeat unusquisque Epiſcopus gregem ſibi commiſſam ſacra prædicatione quid agere, quidve vitare debeat, informare: Et ipſe Epiſcopus vitâ, habitu, formâ, & converſatione ſancta, ſuis ſit ſubjectis exemplum, ut juxta dominicam vocem videant opera ejus bona, & glorificent Patrem Deum, qui eſt in cœlis.* Sicuti refert Euſebius *lib.11. c.9.* de Gregorio Nazianzeno Seculi IV Patre, quod multa docuerit verbis, plura tamen exemplis; Nunquam enim, ait, viderunt diſcipuli ejus aliquid imperari, quod non ipſe antea fecerat. vid. Winckelman. *d. c.6. n.*42.43. Ex ſupra dictis liquidò patet, quod Epiſcopi tempore Caroli M. nullam habuerint aut exercuerint ſecularem poteſtatem, proinde illi Hiſtorici valde errant, qui putant, Epiſcopis Germaniæ à Carolo M. etiam Politicam Jdictionem eſſe conceſſam, Suffrid. Miſnenſ. *lib.*1. Bunting. *in Chron. Brunsvv. part.* 1. *pag.* 71. Cranz. *lib.* 2. *Saxon. cap.*23. decepti à Suffrido Miſn. *lib.* 1. *d. Carol. M.* quos ſequuntur Andreas Knichen *de jure territ. cap.*1. *n.*12. Heig. *l.* 1. *illuſtr. quæſt.*1. Klock. *d. contrib. cap.*4. *n.* 149. Et ne Epiſcopi in docendi munere impedirentur, Carolus M. Ipſis Advocatos, Procuratores & Comites adjunxit: cujus inſtitutum quoque filius ejus Ludovicus eſt ſecutus, ut eſſent qui rerum ſecularium & ad victum pertinentium curam & ſolicitudinem gererent, & rationem redderent. Nec origo dignitatis & poteſtatis ſecularis Caroli M. filio Ludovico Pio adſcribi poteſt, quam opinionem fovent Helmold. *lib.*1. *Chron. Slavon. cap.*4. ajens: *Ludovicum hunc maxima liberalitate erga Dei cultum uſum, in tantum ut Epiſcopos, qui propter animarum regimen Principes ſunt cœli, ipſe nihilominus effecerit Principes Regni.* Nicol. Cuſanus *lib.*3. *d. concord. cathol.*27. Verum talis ſecularis poteſtas ſaluti animarum adverſatur, *Matth.*20. *v.*25. *&* 26. ad quem locum Grotius *pag.*349. ita ſcribit: *Non tantum quid ipſorum (nimirum Apoſtolorum) ſit officii, docet: ſed ſortem oſtendit contrariam Regum & Principum terrenorum ſorti, quod maximè ad tollendam*

D dam

dam emulationem pertinebat. In regno Christi illi censendi sunt principatum obtinere, qui & maxima dona acceperunt, & quorum opera plurimi ad fidem convertuntur: Id autem iis duntaxat eventurum erat, Christi & Patris dispositione, qui se totos ardentissimo studio non suis, sed alienis utilitatibus mancipassent; Quare Christus, qui vestrum, inquit, in regno meo excellendi desiderio tenetur, is sciat sibi majus quam cæteris onus ministerii ac servitutis imponi. Luc. 22. v. 25. ibique Grot. *in annot. pag.* 811. Hieronymus dixit de Episcopatu: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, opus, non dignitatem, laborem, non delicias, opus, per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio.* Idem in Epitaphio Nepotiani. *Minus licet Episcopo quàm Regi. Ille enim nolentibus praest, hic volentibus. Ille terrori subjicit, hic servituti donatur.* Cassiodorus *in Epist. ad Episcopos: Episcopus doceat, ne judex possit invenire quod puniat.* Et latè Marcus Anton. de Domin. *de Rep. Ecclesiast. lib. 5. cap. 2.* Fridericus I. Imperator apud Gunterum Ligurinum de Pontifice:

Ecclesiam regat ille suam divinaque jura
Temperet: Imperium nobis fascesque relinquat,

Grot. *d. I. B. & P. lib. 2. cap. 22. n.* 14. & *ibidem in not.*

Aula decet Reges, Christi decet ara ministros
Cum Christo imperium non habet orbis idem.

Marcus Wagner *in Chron. Caroli ad ann.* 815. summam ejus ita enumerat: Zu dieser Zeit hat Käyser Ludewig zu Aach mit allen Ständen / beyden geistlichen und weltlichen / eine grosse Versamlung gehalten/wegen der Geistlichen/daß sie ein wenig in eine Ordnung gebracht werden/und sich der weltichen Regierung und Geschäfften gar nicht unterwinden/sondern ihres Seelsorger-Ampts warten/und güldene Ketten/ Gold/ Silber oder Edelgesteine nicht tragen/noch dessen Schmuck gebrauchen mögen. Winckelman *d. tr. p.* 483. Lehmann. *in Chron. Spir. lib. 3. cap.* 35. Goldast. *in rational. pag. 18. & seqq.* qui notat à Ludovico Pio tria Concilia Aguisgranensia successive celebrata. Etsi Ludovicus teste Nithardo, filio Carolo assignavit portionem Regni à mari per fines Saxoniæ usque ad fines Ripuariorum totam Frisiam, &c.

omnes Episcopatus, Abbatias, Comitatus & omnia intra prædictos fines consistentia, exinde necessariò sequitur, quod eo tempore adhuc fuerint Imperatoris.

XII. Translato imperio à Francis ad familiam Otthonicam, Ottoni primo multa adscribunt, quod fraterno amori nimis concedens Brunonem Archiepiscopum Coloniensem primus Ducem pessimo exemplo constituerit. Pervulgata sunt verba Chronici Erfurtensis MSti. Da begunten zu erst die Bischöffe weltliche Rechte zu haben/das dauchte damals unbillich manchem Manne; & Chronici Juri Weichbildico præmissi de Giselero Episcopo, An demselben begunten die Bischoffe weltliche Gerichte zu haben/und zu richten / und das fieng erstlich an sein Bruder Bruno zu Cöln/und Bischoff Giseler zu Magdeburg befahl Käyser Otto das Hertzogthumb an der Elbe zu Schartaw. Hic Otto primus omnibus ferè Cathedralibus Ecclesiis in Italia, Gallia, Germania, Burgundia & Lotharingia constitutis, multas civitates, castra, oppida, villas & alia multa dominia temporalia & Jdictiones donavit, illisque Ecclesiis propria perpetuo concessit; Archiepiscopos & Episcopos Ducatibus, Comitatibus & Baroniis communivit, quibus nobiles potentes vasallos subjecit, ut semper essent ad resistendum & manu forti paganis & hæreticis in opportuno tempore fortiores; uti ex Niemio *de privil. & jur. Imp. cap. de Saxonia & ejus gubernatoribus* tradit Diderichius *in hist. Ottonis Magn. p. 129.* Observavit hoc idem Doctissimus Onuphrius, qui in urbe Româ non dubitavit hæc verissima scribere: *Postquam verò juris imperii facta est eorundem Prælatorum electio, quemadmodum & cæteri Principes seculares imperii, tum Cæsares, qui de religione bene mereri volebant, sine imperii tamen præjudicio cœperunt Episcopos & Abbates, ob religionem tanquam potiora Imperii membra, præ cæteris Laicis Principibus honorare, profanâ ditione & ingentibus opibus honestare, arces, oppida, urbes, Marchias, Ducatus, Provincias, Pedagia, Telonia vectigalia, portaria, & multa alia, quæ Imperii propria erant, Episcopatibus concedere, quæ vel ex suis propriis bonis, quæ ad Imperium pertinebant, vel ex alienis feudis erant: Nam*

Laicis Principibus sine legitimo herede mortuis, eorum provincias, quæ beneficiario jure ad Imperium pertinebant, non aliis amplius Laicis regulis, sed Episcopis concedebant, atque hac ratione omnes Episcopatus & Abbatias Italiæ, Galliarum & Germaniæ imò totius orbis Latini, & denique ipsum Pontificem Rom. ex pauperibus ditissimos & maximos Principes fecerunt: Ex eis scil. opibus, quæ ante imperii juris erant, in nulla re propterea imperialia jura minui existimantes, quippe quod certi essent eos omnes Prælatos à se designandos fore, & non nisi jussu suo & voluntate sacerdotia ipsa obtenturos. vid. Grot. *de imp. summ. potest. circ. sac. pag.* 303. Gryphiand. *de Weichbild. Saxon. c.* 28. Kyriand. *in comm. Trevir. p.* 10. *circ. a.* 973. & ex Reiner. Reinek. *ad Annal. incert. Auth. de gest. Carol. M.* Andr. Knich. *de author. Rom. Imp. n.* 1063. *& seqq.* vid. Eminentiss. Conring. *animadvers. de jud. Reipub. Germ. th.* 109. *& seq.* VVinckelman. *d. tract. pag.* 485. Quàm liberalis fuerit Otto I. erga Ecclesiam Bremensem refert Auth. *hist. Archiep. Brem. p.* 82. his verbis: *Adalvvardi Verdensis Episcopi opere & testimonio commendatus Adaldagus regalia accepit ab Ottone Imperatore, & pallium à Leone VII. sic iste Pater venerabilis Adaldagus primò ingressus est Episcopatum Bremensem, longo prius tempore potestatibus ac judiciaria manu compressum, præcepto Regis absolvi, & ad instar reliquarum urbium immunitate simulque libertate fecit donari.* vid. Diderich. *d. tr. p.* 129. Cranz. 3. *metrop.* 16. Adam. Brem. *c.* 122. erga Episcopum Spirensem Lehman. *Chron. Spirens. l.* 4. *c.* 3. De Landovvardo Episcopo Mindensi commemorat Crantz. *l.* 3. *metrop.* 33. quod inter omnes antecessores suos primus regalia susceperit de manu Imp. Ottonis I, anno 961. vid. Crantz. 3. *metrop. c.* 14. Erpold. Lindebrog. *diplom. & privil. Imp. p.* 149. 150. Matth. Steph. *d. jurisdict. l.* 3. *p.* 1. *c.* 7. *n.* 27. *& seqq.* Hac immensa liberalitate effectum, ut multi Episcopi militaribus & aulicis magis quàm Ecclesiasticis moribus fuerint; Archiepiscopus Coloniensis Philippus militaria sua officia commemorat coram Imperatore Friderico I. dicens: *Pro Cæsarea Majestate in castris incanui, Italiam fatigavi, Lombardiam oppugnavi, Brunsvvico sudorem*

cum

cum sanguine fudi. De Ottone Episcopo Monasteriensi notat Crantz. *l.6.Saxon.c.46.p.168.10. met.49.p.291. quod fuerit armorum amator, bellis gerendis quàm ecclesiis aptior*, & notat Crantzius, *8.Saxon.c.36.p.225.* Quod Bonifacius VIII. Papa Romæ, cum Jubilæum primus instituisset, uno die se ipsum in Pontificali stolâ instar Papæ se ostenderit, altero die imperialibus signis sceptro & gladio ceu Imperator se ostentaret cum hoc lemmate: *Ecce duo gladii hic sunt.* Crantz. ἐπιχείρησις: *Vide quo ascendit superbia servi servorum.* Nicolaus de Biberach circa Ann. 1290. Erphordiæ degens de sui temporis Episcopis canit:

Missam non cantat, castrensia mœnia plantat,
Militis arma gerit, quæ sunt sua, non tua quærit,
Armis in castris non curat, quid sit in astris.

Diderich. *dict. tract. p.131.* Hanc liberalitatem Otton. I. secuti sunt filius & nepos itidem Ottones, præprimis Otto III. Baronius *in Annal. ad ann. 999.*

XIII. Seculo XI. Henricus II. qui prædecessorum suorum liberalitatis ramos amputare debuisset, omnes terras, quas in Bavariâ habebat, Ecclesiis largitus, debitâ hæreditate suos cognatos, Bavariæ Duces, defraudans, Bambergensem quoque Comitatum ad Imperium revolutum Comite sine liberis defuncto in Episcopatum mutavit. vid. Acroama *Auth. M. B. de nat. & jur. bon. Eccles. p.126.127.* Eminente indies Cleri potestate Pontifices, Episcopi & Præsules in eum scopum omnia consilia direxerunt, ut Majestas Imperii imminueretur, Sedis verò Romanæ pompa splendidior redderetur. Huic fini satis feliciter velificatus Hildebrandus (à Beato Luthero dictus Hellebrand) qui sub aliquot Pontificibus grandi authoritate fuit, eamque indies non imminutam, sed auctam potius esse Petri Damiani nos docent versiculi, quos sub Alexandro & de Alexandro Hildebrandoque compositos esse, fatetur Baron. an. 1061. *n.* 34.

Papam ritè colo, sed te prostratus adoro,
Tu facis hunc Dominum, te facit ipse Deum.

 i.e.

i.e. tu quidem Alexandrum Papam constituisti, ipse verò à tuo nutu & arbitrio tanquam Dei pendet: item

Vivere vis Romæ, clara depromito voce,

Plus Domino Papæ, quàm Domino *pareo Papæ.*

i.e. fateri te oportebit magis esse parendum Hildebrando, qui est Dominus Papæ, quàm ipsi Papæ. Vitâ functus est Alexander II. ann. 1073. 10. Calend. May. Eodem die Pontificem factum esse Hildebrandum, dictum Gregorium VII. non potest negare Baron. *ann.* 1073. *n.* 25. Hic est ille Hildebrandus sive Gregorius VII. de quo Beatus Calixtus *de conjug. Cler. p.* 413. ita sentit: *Qui sub prætextu sanctissimæ religionis, Apostolicæ authoritatis, & sub nomine mitissimi & humilimi Petri Pontificiæ ambitioni superbiæ, & Tyrannidi fastigium imposuit; qui suo suæq; Sedis arbitrio regna & imperia, Regumque & Imperatorum sceptra & coronas subjecit, qui subditos à jurata Principibus fide absolvit; qui nationes sibi vectigales esse voluit; qui totius mundi dominatum affectavit; qui denique se opposuit & extulit supra quicquid dicitur Deus aut numen, adeò, ut in templo Dei, sive in Ecclesia, quæ est domus Dei, sederet, præ se ferens se esse Deum. Doctrina illius continetur dictatibus, quos vocant, Papæ, qui in regesto epistolarum ipsius Hildebrandi leguntur & inde repetiti annalibus* à Baron. *l.* 2. *epist.* 55. *ann.* 1076. *n.* 31. Doctrinæ responderunt facta, quod enim Philippo Galliæ Regi est minatus, *lib.* 2. *epist.* 18. id adversus Heinricum IV. Imperat. perfecit, quod factum refert B. Calixtus *d. tr. p.* 414. 415. Verbis Lamberti Schafnaburgens. Monachi Hersfeldens. & *p.* 425. tradit B. Calixtus, quod liber Bellarmini *de potestate Pontificis in temporalibus* adversus Guilielmum Barclajum primum Venetiis à Senatu; Deinde cum in Gallias esset delatus, ab amplissimis Curiæ Parisiensis Patribus damnatus & proscriptus sit; & pari modo, quum Anthonius Sanctarellus Jesuita tractatum Hildebrandinâ hæresi infectum Romæ edidisset, in Galliam delatum mox censura Facultatis Theologicæ & Universitatis Parisiensis exceperit, qua illa ipsa Hildebrandina doctrina pronunciatur *nova, falsa, erronea, verbo Dei contraria.* Onufrius in vita Gregorii VII à

Gret-

Gretsero edita. *Huic uni*, inquit, *tum omnes Latina Ecclesia, tum præcipuè Romana acceptum referre debet, quod libera sit, & ab Imperatorum manu eruta, quod tot divitiis, opibus & profanâ ditione locupletata, quod Regibus, Imperatoribus, & omnibus Christianis Principibus sit præfecta; à quo postremo, ut omnia verbo uno complectar, maximus iste eximiusque status, in quo Ecclesia Romana est omnium Christianorum Domina, cum antea tanquam vilis ancilla non ab Imperatoribus modò, sed à quovis Principe Romani Imperatoris præsidiis fulto, premeretur: Ab hoc maximè illius omni seculo tremenda, venerandaque Romani Pontificis, & infinita penè potestatis jus manavit; Nam etsi ante Romani Pontifices, tanquam religionis Christianæ capita, Christique vicarii & Petri successores colerentur, non tamen eorum authoritas ultra protendebatur, quàm in fidei dogmatibus vel asserendis, vel tuendis. Cæterùm Imperatoribus suberant; ab eis creabantur: De eis judicare vel quicquam decernere non audebat Papa R. Primus omnium Romanorum Pontificum Gregorius VII. armis Nordmannorum fretus, opibus Comitissæ Mathildis mulieris per Italiam potentissimæ confisus, discordiâque Germanorum Principum bello civili laborantium inflammatus, præter majorum morem, contempta Imperatoris authoritate & potestate, cùm summum Pontificatum obtinuisset, Cæsarem ipsum, à quo si non electus, saltem confirmatus fuerat, non dico excommunicare, sed etiam regno, imperioq; privare ausus est. Res ante ea secula inaudita. Nam fabulas, quæ de Arcadio, Anastasio & Leone Iconomacho circumferuntur, nihil moror. Unde Otto Frisingensis horum temporum scriptor; lego, inquit, & relego Romanorum Pontificum gesta, & nusquam invenio aliquem eorum ante hunc Henricum à Romano Pontifice excommunicatum vel regno privatum.* Hæc ibi. Idem etiam Onuphrius *lib. de Episcopatibus, titulis & Diaconiis Cardinalium*, annotat circa Gregorii Papæ VII. & Urbani II. tempora Romani Pontificis authoritatem, tàm ratione rerum spiritualium, quam temporalium, imperatoribus depressis, supremam esse cœpisse, vid. Calixtum *in part. alt. responsi maledicis Theologorum Moguntin. vindiciis oppositi n. 6.* Joh. Thom. Clud. *de Imp. Rer. Germ. & stati-*

bus

bus Imp.§.106. & seqq. Eminentissimus Dominus Conring. *exercit.de constit.Episc.Germ.§.52.& seqq.*

XIV. Seculo XII. tempore Honorii Pontificis & Eugenii III. alii Episcopatus sunt fundati, & illo tempore Romani Pontifices purpuratam suam authoritatem beneficio juris Canonici omni molimine adstruere sunt conati, & Honorius III. eo usque processit, ut ex Parisiensi Universitate professionem juris civilis plane eliminaverit. *c. super secula x. de privil.* Sed quæ fuerit ratio illius prohibitionis? Galli variè opinantur. Anth. Duck *de Autor.jur.civil.Rom.l.2.c.5.n.38.* eorum conjecturam maximè probabilem judicat, qui existimant Honorium voluisse conciliare authoritatem juri Canonico, & ut ex eo solo omnes causæ Gallicæ præsertim Ecclesiasticæ deciderentur. Seculo XIII. ab Episcopis & Clericis anxie est laboratum, ut omnia bona Clericorum foro laicorum eximerentur, & sub hujus seculi exitum ac XIV. initium fœcunda se prodit donationum Cæsarearum Pontificibus factarum seges, quas ex Bzovio erarrat Acroam. *Author.M.B.de Nat.& jur.Bon.Eccles.p.155.& seqq.* Eminentissimus Conring. *de fin.Imp.Germ. p.425.& seqq.* Seculum XV. quæstui Papano non adeo faustum videtur fuisse. Ex Bzovii *Annal.tomis viginti* deprehendere est non tantum ab iis, qui à Papis coronati sunt, sed etiam ab aliis ad Ferdinandum I. tabulas esse profectas in confirmationem priorum donationum; Verum numquid à nonnullis sit additum demtumve, non est in aprico. Conring. *d.tr.p.434.* Seculo XVI. Carolo V. Cæsare Parmam & Placentiam novo dono Pontificibus accessisse, sunt qui memorant. Mag. Conring. *d.tr. p.439.* qui *pag.442.* certum esse tradit, Cæsarem Carolum diu post, utramque urbem illam, summè licet indignante Paulo III. Farnesio, qui illas filio suo Petro Aloisio Romanæ Ecclesiæ nomine dederat, tanquam Cæsarei juris urbes, & partes Mediolanensis Ducatus vindicâsse, imo Placentiam à Cæsare occupatam serò demum & post gravissimum bellum Farnesiis redditam, quam rem cum alii, tum imprimis est persecutus Historicorum ævi nostri Princeps Jacobus Augustus Thuanus, libris quarto, sexto & octavo.

XV. Pue-

XV. Fuerunt & alii acquirendi modi, quos Romani Pontifices habuerunt, uti sunt Annatæ unius integri anni reditus, præstiti ab eo, qui recens in mortui Episcopi & Abbatis locum successerat, qui ex sacerdotio Romano Pontifici cesserunt, & inde ita denominatæ. Sleidan. *comment. de stat. relig. p. m.* 88. Duaren. *lib. 6. de sacr. Eccles. minist.* Harum inventionem plerique Iohanni XXII tribuunt. Platina verò Bonifacio IX. *de vit. Pontif. p.* 259. Theodor. à Niem. Ostiensis *c. inter cætera x. d. offic. jud. ordin.* jam ante sub Alexandro IV propter annatarum reservationes reclamatum refert, & primitus hæ sunt institutæ pro necessitatibus Ecclesiæ *c. cum nonnullæ.* 11. *extrav. comm. lib.* 3. *tit.* 2. Verum ut rectè observat Marcus Anthon. de Dom. *de Rep. Eccles. l.* 9. *c.* 9. sicut vectigalia à Principibus ex causa imposita, cessante quantumvis causa, non tolluntur, ita etiam annatis contigit. Summa earum in Germania olim putata fuit ad 203418. florenos, omissis quamplurimum Episcopatibus, Abbatiis, Præposituris, quarum vectigal ignorabatur: vid. Indicem annatarum apud Hortledèr. von Urs. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 11. Hinc Protestantes apud Hortleder. V. V. *fol.* 663. *n.* 45. Was die Römische Kirche jährlich auß solchen annatis einkratzt und erhascht/ das ist unmöglich zu æstimiren und zu überschlagen/ auß Ursach/ daß nicht allein die Bisthumer und Prælaturen / sondern auch die schlechte beneficia electiva, so nur 24. Ducaten de Camerâ, ja nur 12. Ducaten nach Ordnung Leonis X. Einkommens haben / ihre pensiones davon entrichten und geben müssen. Et licet hoc genus ab Alberto II. Imp. sit damnatum pragmaticâ sanctione secundum decreta Concilii Basil. *sess.* 21. *c.* 20. his verbis: *de dignitatibus & beneficiis Ecclesiasticis quibusvis, collatis, aut conferendis, neque annatum, neque fructuum primitias exigito.* Parum tamen hoc in Germania profecit. Hinc secuta concordata nationis Germanicæ anno 1447. apud Goldast. *tom.* 1. *constit. fol.* 410. & *in statut. & rescript. fol.* 207. Hinc tot quærelæ; & ordines Imperii in Comitiis Noriberg. an. 1552. Nuncio Apostolico respondent apud Hortleder *tom.* 1. *c.* 1. *n.* 25. vid. Reinking. *de R. S. & E. l.* 3. *class.* 1. *c.* 8. *n.* 24. 25. 26. 27. Strauch. *exerc.*

E ex-

exoteric. differt.5.n.17.& feqq. Acroama *Anct. M. B. de nat. & jur. bon. Ecclef. §.34.* Alterum erat, quo à Curia Romana gravabatur natio Germanica, pallii immenso pretio emtio. Et quamvis olim canon esset, ne pro pallio acciperetur vel daretur quicquam. *c. novit. dist.* 100. tamen quia è re Curiæ Romanæ erat, abiit hic canon in paleas, & ut hic modus acquirendi eo fœcundior esset, constitutum est, ne pallium hoc personam egrederetur, nec in aliam transferri posset, sed cum eo quis sepeliretur. *c.2. de auctor. & usu pall.* Quare inter gravamina Germanicæ nationis adversus sedem Pontificiam pretiosa hujus pallii redemtio fuit relata sub Maximil. I. quæ edidit Goldast. *in vol.* Reichssatzung. *fol.* 215. also daß bey eines Menschen Leben auß dem einigen Ertzbisthum Maintz für das pallium oder confirmation eines Ertzbischoffs sibenmahl 25000. Gülden ist zusammen 175000. nach Rom kommen und geliefert worden / mit grosser Beschwer der Unterthanen / welchen deßwegen Tribut und Satzungen aufferleget worden. item Goldast. *de remed. contra grav. German. nat. art.* 3.4. vid. Hortleder in Reichs-Handlungen *l.1. fol.* 515. Reinking. *de R.S.& E. d.c.* 8. *n.* 32.33. Carpz. *jurisp. consist. l.2. tit.19. d.* 298. *n.* 8. Strauch. *d. differt.5. n.* 11. *& seq.* Acroama *Auct. M.B. de nat. & jur. bon. Eccles. d.* §.34. *n.* 3.

XVI. Indulgentiæ fuerunt celebris modus acquirendi; quo pro omnium delictorum expiatione Pontifex certam accepit pecuniæ summam, ut eorum animæ, quæ cruciabantur igne purgatorio (lautissima Pontificiæ culinæ offa) simul ac numulus in arculam esset conjectus, in cœlum è vestigio subvolarent, hæ fuerunt causæ, quæ Lutheri Zelum contra Ecclesiam Rom. excitabant: non verò quas fingit Caraffa *comment. Germ. sacr. rest. p. m.* 11. invidia & indignatio Augustinianorum, è quorum familia Lutherus, quod Texelio Dominicano indulgentiarum cauponatio commissa fuerit; Et impugnatio indulgentiarum, plerosque magnos viros ac Principes contra Pontificem in partes traxit Thuan. *l.*1. Guicciard. *l.*13. uti hoc pluribus deducit Strauch. *dict. diss.* 5. *n.* 8.9.10.11:22.23. Reinking. *d. c.* 8. *n.* 28. Acroama *Auct. M.B.* §.36. His modis acquirendi succenturiant

turiant Jubilæi: ob quam causam à 100. annis ad 50. Jubilæum. contraxit Clem. VI. & post hunc à 50. ad 25. annos Sixtus IV imo hodie magis sunt coarctati. Mantuan.

Si quid Roma dabit, nugas dabit, accipit aurum.

Accedunt *Canonisationes* & *Dispensationes in matrimoniis*; Eleganter Mantuanus *l.3. de calamit. temp.*

——— ——— Venalia ———

Templa, Sacerdotes, Altaria, Sacra, Coronæ,

Ignis, thura, preces, Cœlum venale, Deusque.

Notabilis est sententia Ferrariensis de Clericorum opulentia dicentis *in form. libell. quo agit ex substitutione* in verbis: *Ex suo corpore.* quam allegat Rittershus. *in Nov. p.1. c.6. n.*80. Olim Clericis multiplicata fuisse privilegia, & fundata fuisse monasteria infinita per universum orbem causâ devotionis, licet hodie causâ rapinæ & avaritiæ, in tantum, quod destruxerunt hodie mundum, & annihilaverunt statum imperii & omnium Laicorum, possunt ergo dici illa loca facta vel fienda retia contexta ad capienda bona Laicorum. Surgat ergo bonus Imperator, & dicant omnes; Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

XVII. Porro bonorum quæ Cleris sunt concessa, quædam sunt feudalia & ab Imp. Rom. Germ. dependentia, alia sunt mere Ecclesiastica. Ex illis eminens in Archiepiscopos, Episcopos, Magistros Teutonicos, Abbates, Prælatos splendor ac potestas redundavit, hi enim in sua Diœcesi jus territoriale obtinent, & non tantum imperium & Jdictionem, verum etiam & Regalia jura, quæ territoriis inseparabiliter adhærent, sunt consecuti, & non solum ut Episcopi, sed ut status Imperii & Laici Principes ratione illorum regalium, quæ ab Imperio recognoscunt, considerantur. Peregrin. *de jur. fisc. l.*1.*t.*2.*n.*104.105. God. *cons.* 30.*n.*16. Collegium juridicum Lipsiense *inter Consilia Modest. Pist. cons.*49.*n.*3.*lib.*2. Sixtin. *de Regal. l.*1.*c.*4.*n.*125. adeoque duplicem habent Jdictionem, Secularem & Ecclesiasticam, secularem jure territorii (quod ut Episcopi & Ecclesiasticæ personæ non habent, *Clem. Ne Romanis, 2. §. sane de ele-*

ction. Duaren. *l.2. de sac. Eccles. monast. c.4.* Andr. Knichen *in Comment. Saxon. de jure non procurand. in verb. Ducum Saxoniæ. c 4. n. 609.*) ratione regalium, bonorum, Civitatum & feudorum militarium. Ecclesiasticam verò ratione diœceseos quæ ipsorum propria est. *d. Clem. Ne Romanis.* in his quæ sunt ordinis, jurisdictionis & legis diœcesean æ. At uti seculares sunt Principes & Status Imperii, eoque respectu non ut Ecclesiastici, sed ut membra Imperii politica, Imperii feuda & regalia ex concessione Imperatoris habent, fruuntur dignitate principali. Gail. *l.1. observ.30. n.1.2. obs.37. n.10.* Stuk. *part.1. cons.16. n.78.* Qui splendor in tantum excrevit, ut sint inter Episcopos, qui præter regalia, quæ occasione Episcopatuum, ex Imperiali concessione habent, peculiares titulos, & seculares dignitates Ducatuum & Comitatuum habeant, ut Coloniensis Dux Angariæ & Westphaliæ, Herbipolensis, Dux Franconiæ, Leodicensis, Dux Bullionensis, Argentinensis, Landgravius Alsatiæ, Verodunensis, Comes Verodinensis, Cameracensis, Dux Cameracensis, &c. dicuntur. Stuk. *tom.1. cons.15. n.446.* Quin & ratione regalium & dignitatum secularium, quæ & quas ab Imperio habent alios etiam Principes, Comites, Barones, Nobiles, Vasallos, habent. Sixtin. *de Regal. l.1. c.4. n.128.* Et Arnoldum quendam Brixianum ann. 1139 ideò quod Episcopis Regalia competere negabat, hæreseos incusatū & ob eam causam in Lateranensi Concilio mille Antistitibus præsentibus condemnatum fuisse testatur. Sigon. *l. de Reg. Ital.* Sixtin. *de Regal. l.1. c.4. n.125.* Et constat ex Apologia Augustanæ Confessionis sub tit. *de potest. Eccles.* quæ dicit, si quam habent Episcopi potestatem secularem, hanc non habere ex mandato Dei ut Episcopi, sed ut Principes amplissimarum ditionum ex jure humano donatam à Regibus & Imperatoribus ad administrationem civilem suorum bonorum. Sleidan. *l.7. Comment.* Et multum interest inter primitivæ Ecclesiæ statum & hunc præsentem. Cum enim Episcopi tam longo temporis spatio cum potestate spirituali & Ecclesiasticâ obtinuerunt & adhuc obtinent Ducatus, Comitatus, Baronias, cum jurisdictione tempo-

rali, quis eos destituet jure quæsito & multis annorum centuriis corroborato? Rectè Philippus Melanchton in Epist. quadam ad Electorem Saxoniæ scripta his verbis monuit: So ist dieser Leute/ die da gedencken die Bischoffthümme auszutheilen/ und ein neu Reich zu machen/ Führnehmen gewiß Auffruhr/ Unrecht und Gewalt/ darzu Gott nicht Glück gibt. *ex volum.* 11. *bell. Germ. l.* 1. *c.* 2. refert Fridericus Baumann. *in tr.* qui inscribitur Slesischer Landmann. *p.m.* 97. vid. Grev. *ad Gail. l.* 1. *concl.* 30. *concl.* 1. Non igitur mirum, quod Episcoporum in terris imperii non sit uniformis undique subjectio, sed ratione regalium & beneficiorum secularium recognoscant Imperatorem supremum, unde à sententia illorum ad Cameram Imperialem appellatur. Gail. *l.* 1. *obs.* 30. *n.* 4. Peregr. *cons.* 1. *per tot.* Petrus Surd. *cons.* 265. Grev. *ad Gail. l.* 1. *concl.* 30. Mynf. 5. *Obs.* 93. Til. de Benig *part.* 1. *O.* 37. Vietor. *de Exemt. Imp. concl.* 3. *n.* 12. Et sicuti Imperium Romano Germanicum Ecclesiasticis & secularibus statibus sive ordinibus est combinatum, ita etiam illi sacris constitutionibus Imperii æquali & pari omnino jure sibi unicè ut conjuncti sint, recta ratio præcipit, quod vinculum ideò arctius est, quod constitutiones & leges illæ in publicis Imperii comitiis, Ecclesiasticorum & secularium ordinum interventu & consensu sint receptæ & approbatæ, nec minus ab Ecclesiasticis quàm secularibus subscriptæ, ac in vim pragmaticarum sanctionum omnium applausu solenniter promulgatæ. Hoc exigit quoque pax publica, quæ citra illam æqualitatem subsistere nequit, tum etiam pacis publicæ executio, quæ nisi sine discrimine contra omnes eandem efficaciam habeat, nil certius erit, quàm splendidi & planè admirabilis illius ædificii ruina. Stuk. *part.* 1. *d. cons.* 16. *n.* 89. 90. Certum itaque est, quod Imperatoris potestas ratione bonorum secularium privilegiorum, & regalium adversus Ecclesiam & qui illam repræsentant Ecclesiasticos sit fundata, ideoque illi præceptis Cæsaris & Imperii parere teneantur. Gail. *l.* 1. *de P. P. c.* 8. *n.* 8. & *c.* 9. *n.* 1. Guid. Papa *cons.* 72. *n.* 5. & certum quoque, quod uti Ecclesiastici ob violatam pacem publicam coram Imperatore vel in Camera conveniri

ita etiam condemnari & in pœnam Banni declarari possint. Gail. *d.P.P.d.c.*8.*n.*8. Mynſ. *cent.* 5. *obſ.*58. *n.* 4. Mindan. *de proceſſ.l.*1.*c.*22.*n.9.* Stuk. *d.conſ.*16.*n.*94. 95. 96. 97. Gœddeus *in conſil. Marpurg. vol.*4.*conſ.*48.*n.*252. *&* 264. Et quidem ſeculares, ſi adverſus Imperatorem graviter deliquerunt, pœnâ banni ordinariâ puniuntur. Gail. *d.*P.*P.l.*2. *c.*3. Eccleſiaſtici verò immediatè imperio ſubjecti privantur beneficiis, regalibus & privilegiis, Gail. *d.*P.P.*l.*1.*c.*1.*n.* 13. hæc enim ab Imperio & Imperatore ſolum habent, quorumque intuitu Imperator in illos jurisdictionem exercet, von wegen deß Heil. Reichs Regalien und Weltligkeit oder weltlichen Lehn und Obrigkeit / adeoque ultra ea illos Imperator coercere nequit. Gail. *d.P.P.l.*1.*c.*8.*n.*8. *& ſeq.* Mynſ. *cent.*5.*obſ.*58. Stuk. *part.*1.*conſ.*15.*n.*451. 452. Sic etiam bona Clericorum delinquentium publicantur in regno Franciæ. Martha *de juriſdict. part.*4. *cent* 1. *caſ.n.*7. quod de feudalibus, quæ à Rege recognoſcuntur, nullum habet dubium, Thō. Gramat. *deciſ. Neap.*29.*n.*13. *&* 14. Hæc privatio jurium fit per modum banni, vel ortū ducit ex cauſa banni, So ſetzen wir ſie auch die Thäter hiemit auß unſer und deß Reichs Gnad und Sirm Mynſ. *cent.*3. *obſ.*52. Schurff. *cent.*1.*conſ.*48.*n.*1.2. Ægid. Boſſ. *in pract.crim. tit. Banniri qui poſſint. n.*5. & quia hoc in caſu ſolū agitur de privatione bonorū, & quidem illorū, quæ temporalia ſunt, nec eſt neceſſaria depoſitio & degradatio perſonarum Eccleſiaſticarum, quæ tum demum requiritur, quando agitur de pœnâ capitali vel alia corporis afflictiva. vid. Gail. *d.P. P.l.*1.*c.*1. *à.n.*19.*uſque ad n.* 34. Petr. Greg. Thol. *in ſynt. jur. univ. l.*31. *c.* 30. Stuk. *part.*1.*conſ.*15.*n.* 840. Denique & illud hic notandum, quod Eccleſiaſticos ab Imperatore per ſceptrum de temporalibus mit aller Weltlichkeit / und was derſelben anhängig iſt / inveſtiri oporteat, antequam adminiſtrationem habeant, & ut Imperatori homagium & juramentum fidelitatis præſtent, id quod antiquiſſimis etiam temporibus obtinuiſſe demonſtrat formula juramenti, quâ uſus eſt Hincmarus Epiſcopus Laudunenſis tempore Hadriani II. Pontificis circa an. 820. apud Baron. *tom.* 10. *an.*871. *n.*80. item Archiepiſcopus Romanorum

apud

apud Juretum ad Ivonem.*c.90.* Hadriano IV. tanquam piaculum objicienti, quod Fridericus I. ab Episcopis homagium exigeret: respondit ille; Ab his qui Dei sunt per adoptionem, cur homagium & regalia sacramenta non exigamus? &c. Aut igitur regalia nobis dimittant, aut si hæc utilia sibi judicaverint, tunc quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari persolvant, Navel. *gener.* 39. *sub ann.* 1555. Mutius *de Reb. Germ. l.* 18. Huc pertinet illud Ambrosii *l.* 1. *epist.* 1. *Non vis esse obnoxius Cæsari, noli habere quæ sunt mundi.* vid. Baron. *tom.* 12. *an.* 1186. Cardinal. Cusan. *de concord. Cathol. l.* 3. *c.* 27. Theod. à Niem. *de privil. & jur. imp. c. de Saxon.* Wilhelm. Malmoshut. *de gest. Reg. Ang. l.* 5. Stuk. *part.* 1. *consf.* 16. *n.* 74. 75. Et licet Episcopi ratione personæ & ordinis Ecclesiastici sint & maneant subjecti Pontifici. Gail. *de P. P. l.* 1. *c.* 1. *n.* 16. *& seqq.* Mynf. *cent.* 5. *obs.* 58. Stuk. *d. consil.* 15. *n.* 449. Aula tamen Romana in Politicis in sacro Imperio R. nullam potestatem exercere potest. Tileman. de Benign. *Syndrom. paralipom. Constit. Cameral. de invocat. Brach. secul. tit. An Clericus volens convenire laicum,* & *in Pentecoste* 8. *observat. Cam. Imp. obs.* 1. *n.* 9. & *Pentecost.* 1. *obs.* 38. ubi exempla refert, quibus nonnulli præsumserint in profanis & secularibus appellare ex imperio ad Pontificem, addens, non solum hoc inhibitum, sed etiam cum quidam An. 1517. 2. Febr. à sententia Cameræ in causa licet pia & tutelari ad summum Pontificem appellasset, illum tanquam contemtorem jurisdictionis imperialis mulctatum esse 100. marcis auri puri cum expensis, eodem anno 20. Octobr. datos esse Apostolos refutatorios sub comminatione pœnæ. Nec attenditur contraria consuetudo, quâ in profanis ad Pontificem provocatur. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 14. Autor. decis. Cam. Imp. tit. *Appellare quib.* Christian. Barth. *præjud. Cam. Imp. tom.* 1. *fol.* 339. In Gallia Regia constitutione cautum reperitur, ut si quis à Rege ad Pontificem appellaret, eum Majestatis læsæ criminis reum existimandum esse, eamque constitutionem Curiam comprobasse 5. Cal. Mart. 1417. testatur Papon. *rer. jud. lib.* 77. *tit.* 1. *arrest.* 2. Reinking. *de R. S. & E. l.* 1. *class.* 2. *c.* 4. *n.* 10. 11. Vid. Stuk. *d. consf.* 15. *n.* 594. *& seqq:* & *consf.*

& *conf.15.n.463.& seq.* Non incommodè quæri potest de Episcopis Augustanæ Confessionis, an illi absque investitura Regalium sive confirmatione, quam obtinere ab Impp. non possunt, ejusmodi Regalia & absque eorum collatione, sessionem & votum in Comitiis Imp. habeant, vel ad ea sint vocandi? Negantem sententiam multis tuetur Christophorus Winzler. *de jurisd. Episc. Germ. tit. 24. 25. & duobus seqq.* & *tit. 23.* probat, quod Imperator Maximilianus II. anno 1566. Rudolphus II. anno 1590. Regalium confirmationem Augustanæ Confessioni addictis Episcopis denegârint ex illa ratione, quod jus dandi Regalia non aliter à majoribus acceperint, quàm canonicè electis & confirmatis; verùm in ultima pacis compositione *de An.* 1648. *art.6.§.20. Electi. & §.21. de titulis.* decisio illius quæstionis Imperatoris & statuum consensu est subsecuta, Reinking. *de R.S.& E.lib.1.class.4.c.9.n.29.* Acroama Autor. *M.B.§.40.* Hæc de bonis feudalibus dicta sint.

XIIX. Nunc porro expendam vela, & agam de dominio bonorum Ecclesiasticorum, ad quem illud pertineat: in qua quæstione discrepantes sunt Doctorum opiniones; nonnulli statuunt summum Pontificem illorum bonorum dominium habere; alii vero ajunt, solum Christum redituum & bonorum Ecclesiasticorum esse Dominum; quidam affirmant, unumquemque beneficiarium esse dominum beneficii sui cum hoc temperamento, ne illud alienare liceat; denique postrema sententia est, quod illorum bonorum dominium non singulis hominibus, sed universo alicui piorum cœtui competat, ejusque usibus & necessitatibus inservire debeat. *c. Abbate. de sentent. & re judicata. in 6. c.1.2. de Reb. Eccles. non alienand. in 6. c. cum ad sedem. de rest. spol. c. pastoralis de donat.* Francisc. Sarmient. *tract. de reb. Eccles. part.1.c.1.n.17. usq. ad n.22.* Lud. Molin. *de just. & jur. disp.142. n. 6.* Ubi rectè addit nomine Ecclesiæ ipsam communitatem intelligi cum suo capite aut subordinatis capitibus. Nam Ecclesia est persona mystica, quæ non potest præstare consensum, nisi mediante actu & voluntate eorum, quibus hoc explicare à lege est permissum, uti Episcopo & Clericis, quem capitu

pitulum repræſentat. *c. ſine exceptione*.12. *q*. 2. *c. ſane. diſt*. 65. & pluribus illuſtratur *in addit. ad deciſ*. 45. *n*. 57. Borgnin. Cavalcan. *part*.1. Surd. *conſ*.153. *n*.37. Hæc bona nonnunquam ſacra vocantur, non propriè & ſtrictè (hoc enim ſenſu ſacra vocam⁹, quæ peculiariter Deo ſunt conſecrata, ut templa, donaria) ſed laxiori ſignificatione & ex fine cui ſunt deſtinata. vid. *diſcuſſ. Brev. judic. Theolog. ſuper quæſtione; An pax qualem deſiderant Proteſtantes ſit ſecundum ſe illicita*. Lutherus *in Gen. cap*. 23. *p*. 323. *tom*.1. *Ienenſ. Germ. p*.268. *tom*.2. *p*. 301. qui reprehendit etiam abuſum vocis, quod bona Eccleſiaſtica creberrimè ſpiritualia dicantur, ſed prorſus abuſive. Statuimus itaque Eccleſiæ dominium competere in illa bona. Intelligimus verò cum Auguſtino non Epiſcopos, non Prælatos, non ſacerdotum collegia, non Eccleſiaſticos ſolos, ſed totum cœtum fidelium, primò quidem & immediatè particularium Eccleſiarum, Cajetan.2.2.*q*.43.*art*.8. quod dominium non eſt abſolutum, ſed conditionatum, ut non poſſit Eccleſia hæc bona diſtrahere, exceptis caſibus jure expreſſis, & eſt in particulari Eccleſia particulare, in univerſali verò univerſale dominium, citra tamen præjudicium dominii publici & eminentis, quod ſummo Principi competit. Grot. *de jur. B. & P. l*.1. *c*.1. *n*.6. *l*.2. *c*.14. *n*.7.8. *l*. 2. *c*. 21. *n*. 11. *l*.3. *c*. 20. *n*.7.8. Ambroſius *Ora. in Auxen. epiſt*. 32. ait: *Agros Eccleſia, ſi vult Imperator, tollat, poteſtatem enim habet vindicandorum*, & idem *epiſt*.31. *Nihil Eccleſia ſibi, niſi fidem poſſidet: Hos reditus præbet, hos fructus: Poſſeſſio enim Eccleſiæ ſumtus eſt egenorum*. Dominium verum Ambroſius in Principe potius cognoſcebat, taceant ergo Canoniſtæ in *c. quæ Eccleſiarum. de conſt*. qui Papam affirmant eſſe abſolutum dominum omniũ bonorum Eccleſiaſticorum, quod nec canones ipſi, 12. *q*. 2. *c. non liceat*, nec Theologi D. Thom. cum Cajet. 2. 2. *q*. 100. *art*. 1. *ad* 7. Nec Canoniſtæ meliores admittunt. Navar. *tract. de ſpol. Cler*. §. 2. *n*. 2. Hic ſe offert illa quæſtio de regula Franciſcanorum juxta ejus præſcriptum bonorum omnium poſſeſſionem & proprietatem tum communiter tum ſingulariter abdicantium contra quam alii ordines faciunt, in quibus non niſi ſinguli do-

minio, quod interim toti sodalitio servabatur integrum, renunciant; quæ controversia ad Romanos Pontifices pervenit, & inter illos diu agitata est non sine dissidiis & turbis amarioribus, Nicolaus III. edidit constitutionem *in c.3. d. V. S.* insertam sexto Decretalium, & respondit, Regulam Franciscanam fundari Evangelico elogio, vitæ Christi roborari exemplo, Apostolorum ejus sermonibus actibusque firmari, quam Nicolai III. sententiam Clemens V. in concilio Viennensi probat constitutione, quæ incipit. *Exivi è Paradyso.* & inter Clementinas legitur. *c.1. de verb. signif.* Johannes verò XXII. qui Clementi V. successit post aliquot annos contrarium definivit *c.4. cum inter nonnullos. de verb. signif. in extravag.* cum Franciscani multa opponerent, Iohannes XXII ill. m constitutionem aliâ, quæ incipit: *Quia quorundam. c.5. de V.S. in extravag.* confirmavit, nec quis dubitavit illis temporibus, cum controversia illa maximè ferveret, Johannis XXII. constitutiones Nicolai III. constitutioni, *Exiit qui seminat*, contradicere, & sine manifesta contradictione simul subsistere non posse. Iohannes itaque excommunicationem, quâ Nicolaus III suam constitutionem communierat, suspendit & inhibet in *c. Quia nonnunquam. 2. de V.S. in extravag.* Quæ constitutio edita est anno Johannis VI. 7. Cal. April. in anno æræ Christianæ 1322. sequenti constitutione quæ incipit *ad Conditorem canonum. c.3. de V.S.* & Johannis quidem septimo, Christi verò eodem 6. Id. Decemb. fuit edita simplicem usum facti in rebus ipso usu consumtibilibus, si legitimus & justus fuerit, à jure utendi & Dominio separari non posse, firmis rationibus demonstrat. B. Calixt. *in part. alt. Resp. Maled. Theol. Mog. vindiciis oppositi. n.* 20. has contradictiones Nicolai & Iohannis nectit, I. Nicolaus affirmat in rebus illis, quæ ipso usu consumuntur, usum simplicis facti à Dominio & proprietate separari posse. Johannes XXII negat. II. Nicolaus ait ejusmodi usum esse licitum & justum. Iohannes negat. III. Nicolaus affirmat Christum & Apostolos tali usu sine proprietate & dominio contentos, nec privatim nec comuniter aliquid habuisse, vel possedisse; Johannes negat. IV. Nicolaus affirmat abdicatio-

cationem omnium temporalium rerum tum in singulari tum in communi, qualem regula Francisci exigat, meritoriam & perfectam esse. Iohannes negat. V. Nicolaus affirmat Christum & Apostolos Franciscanis ad eum modum proprietati omni renunciantibus, & simplice facti usu citra rei alicujus dominium vitam tolerantibus tum verbo & doctrina, tum exemplo præivisse; Iohannes negat, & secundum hypotheses suas negare cogitur. Ex supradictis colligi potest, quam ficulneis argumentis nitatur illa assertio Pontificiorum, quod Romani Pontifices sint infallibiles. Ita enim firmiter concludi potest: Qui contradictoria definierunt, eorum alteruter falsum definivit & erravit. Atqui Nicolaus III & Iohannes XXII. Romani Pontifices contradictoria definierunt, Ergo. Minorem antea probavimus.

XIX. Antequam vero ad alia transeamus, illud hic excutiendum: An liceat Ecclesiis bona temporalia possidere præter primitias & decimas? Quod affirmo, Lege quidem civili Ebræorum constitutum legimus, ne detur Sacerdotibus pars possessionis terræ, ut de ea disponere, perinde ut aliæ tribus tanquam de propriis possent, *Num.* 34. *Ios.* 14. *Ezech.* 44. c. *Clerosdist.* 21. Verum exinde ad ipsum dominiũ negative non rectè infertur. Petr. Gregor. Tholosan. *lib.* 2. *Syntagmat. jur. univers. c.* 28. *n.* 1. nec sunt Ecclesiis detrahenda, quæ à piis ex devotione quadam oblata sunt. Carpz. *Iurispr. Consist. l.* 2. *t.* 19. *d.* 298. & pium est prospicere Ecclesiis de facultatibus & legatis; quin & Parochi & ministri Ecclesiæ ad ægros accersiti facere id quodammodo tenentur, sed absque dolo ac importunis sollicitationibus. Blandiciis inducere licet testatorem, ut legatum aliquod relinquat Ecclesiis *l. ult. ff. si quis aliq. testar. prohib. l. ult. C. eod.* Hart. Pist. *part.* 1. *q.* 29. *n.* 1. Carpz. *in Iurispr. Consist. l.* 2. *t.* 20. *d.* 322.

XX. Sequuntur modi, quibus bona Ecclesiastica conservantur. Horum bonorũ conservatio consistit primò in advocatia Ecclesiastica. Cum Ecclesiæ res suas commodè defendere nequirent, ne Ecclesiasticarum procuratione Clerici â pietatis exercitiis avocarentur, dati sunt illis ex secularibus defensores, sive advocati juxta canonem Synodi Moguntiacensis de An. 833.

ut Episcopi & Abbates curam omnem & administrationem, quæ ad victum & alimoniam attineret, Advocatorum solertiæ relinquerent, Adde, Capit. *l.* 5. *c.* 234. *l.* 7. *c.* 303. & plura alia relata à Lehmanno *in Chron. Spirens. l.* 2. *c.* 36. Auctor des historischen Berichts von den Reichs-Vogteien/ *p.* 8. 9. 52. 53. qui est Daniel Heider JCtus & Syndicus Lindaviensis, Gryphiander *Weichbild c.* 63. Johan Justus Winckelman. *Notit. Hist. Polit. pag.* 532. Hanc advocatiam Ecclesiarum secundum Africanæ Synodi post consolatum Stiliconis habitæ Canonem 99. introductam atque ita â Pipino & Carolo M. ortam fuisse scribit Andræas Knichen *de Saxon. non prov. jur. verb. Duc. Saxon. c.* 5. *n.* 553. Verum rectè putat Mager. *de Advocat. armat. c.* 5. *n.* 89. *& seqq.* originem illius juris petendam esse ab institutione Monachismi, qui post 300. annos â Christo nato circa tempus Constantini M. initium habuit, ejusque ortum jure optimo ad S. Anthonium Thebæum utpote Cœnobitarum omnium famâ celeberrimum, ejusque auctorem & Principem referri debere, quod confirmat Baron. Cardinal. *Annal. Eccl. tom.* 3. *ad annum* 328. *n.* 118. Hospinian. *de orig. & progress. Monach. l.* 3. *class.* 1. *c.* 1. Et quidem causa introductionis hujus Advocatiæ prima fuit, quia in primævis statim Conciliis sancitum, ne religiosi se mundanis, vel secularibus negotiis immiscerent. Hopingk. *dissert. de jur. protect. th.* 18. *lit. B.* Et hanc rationem Advocatiarum necessitatis probé considerans Carolus M. instrumento donationis, quo Ulmam monasterio Reichenaw contulit, conceptis verbis expressit, ejusque intuitu Advocatum instituit. Hospin. *de orig. Monach. lib.* 4. *c.* 21. ubi dicit: ex prædictâ causa originem habere jus Patronatus, Die Casten Vogthey. Quia vero mores & conditiones temporum imprimis sunt considerandæ, hodiernis temporibus rigor antiquorum Canonum rerum secularium administrationem Monachis prohibentium, meritò temperandus videtur, & pro temporum necessitatibus Clerici ab omni curatione rerum profanarum, arceri non possunt, quia necesse est ut Ecclesiarum Antistites ab ipsis administrationibus rerum secularium rationes sumant, omninò illos rerum secularium peritiam habere oportet, quam

Præ-

Prælatis esse necessariam ipse Papa Gregorius *l. 8. ep.* 40. olim Clero & nobilibus Neapolit. rescripsit: Ideò enim Petrus Diaconus utpotè simplex rejicitur, quia talis in regiminis arce constitui debet, qui non solum de salute animarum, sed etiam de extrinsecâ subjectorum utilitate & cautelâ sciat esse sollicitus *c. unico dist. 39.* Et Rabanus Abbas Fuldensis vir eâ tempestate doctissimus in medicinâ præsertim & Philosophiâ, tamen ignoratione rerum gerendarum & morum inæqualitate plus detrimenti quam emolumenti Pontificatui attulit; Platina *in ipsius vitâ.* Contra in annal. Ecclesiasticis celebrantur Episcopi & Prælati passim, quod boni Oeconomi fuerint, & res Ecclesiæ suæ amplificarint. Sic Henricus Abbas Laurish. â prudentiâ Oeconomicâ commendatur *in Chron. Laurish.* Albertus M. Episcopatum Ratisbonensem consecutus tam sapienter rem familiarem administravit, ut æs alienum antecessorum luxu contractum brevi dissolveret parsimonia loco amplissimi vectigalis usus. Hieron. Ziegeler. *De vir. illust.* Zvving. *vol.* 3. *l.* 1. vid. Gryphiand. *Oecon. legal. l.* 1. *c.* 1. *n.* 102. 103. 104. Hering. *de fidejuss. c.* 7. *n.* 269. Cum vero Episcopi & Abbates interdum bona Ecclesiastica malè administrarent, ac dissiparent, hæc mala bonorum Ecclesiasticorũ administratio secunda fuit causa introductionis Advocatiæ, cui accessit alia necessitatis causa. Cum enim interdum potentiores mundi proceres Ecclesiasticis bonis tanquam corvi rapaces inhiarent, eaque ad se pertraherent, & in usus suos converterent, ut quandoque Ecclesiæ ministris & pauperibus necessaria vitæ sustentatio vix suppeteret, ad confringendam eorundem audaciam & rapacitatem Ecclesiæ ac Monasteria, defensoribus non minus justis quam potentibus, opus habebant. Rudolph Hospin. *de Orig. Monach. l.* 4. *c.* 21. Hopingk. *de jur. protect. th.* 18. *lit. E.* Hæc causa clarissimè exprimitur in Imp. Ludovici I. Caroli M. filii diplomate, quo Sadigerum Austriæ Mosellanicæ Ducem Treverensis Ecclesiæ ac Monasterio S. Maximini, Advocatum & Protectorem dedit. Et in diplomate, quo Fridericus de Lotharingiâ Comes de Guise & Vadenii montis anno Domini 1390, fratres de bello Prato in protectio-

E 3 nem



nem ac tutelam suam recepit; quam etiam demonstrant lit. Renati Andegavensis Siciliæ ac Hierosolymæ Regis, Lotharingiæ, Barri & Andium Ducis, quibus prædictos fratres, ne à malevolis aliqua damna paterentur, in fidem & tutelam recepit, quarum formulã refert Mager. *de Advoc. arm. c.5.n.*110.111.112. qui argumentis Andreæ Knichen originem Advocatiæ Ecclesiasticæ ad Pipinum & Carolum M. referentis respondit. Hi advocati in Monasteriis ac Prælaturis omnium redituum habebant administrationem Andr. Knichen *de jur. territor. c.4.n.* 349. Matth. Wehner. *pract. observ. verb.* Vogtey. Rudolph. Hospinian. *de orig. Monach. l.4.c.21.* quos non inconvenienter Imp. Theodosius in suo Codice procuratores vocat: quique redituum tam perceptionem quam erogationem aller Einnahm und Außgab curabant & ne bona sine justa causa alienarentur, rationem habebant, Paurmeist. *de Idiœ. Rom. Imp. c.10.n.26.* Warem. ab Erenberg. *meditam. profœd. l.1.c.4.n.13. & seq.* Lehman. *Chron. Spirens. l.2.c.36.* Tenebantur vero hi Advocati, Kasten Voigte dicti, Rosenthal. *de feud. c.4. concl.14.n.5. sub lit. B.* Imperatori, Regi aut Principi de ejusmodi reditibus rationem reddere, & in quem usum erogatæ essent, referre. Guilielm. Redoan. *tract. de reb. Eccles. non alienand. sub rubr. de causæ cognit. in alien. fact. n.* 3. Rosenthal. *de feud. c.4. concl.14.n. 2. lit. B.* Thom. Merckelbach. *in cons. Kloeken tom.1. consil.* 37.*n.*10. & *cons.*8.*n.*158. Per hos advocatos olim fiebat propriorum hominum manumissio, in cujus rei confirmationem afferri possunt variæ manumissionum tabulæ, in quibus Advocatorum fit mentio, quas refert Mager. *de Advocat. arm. c.*11.*n.*11. *& seqq.* horumque peculiare munus consistebat in eligendis, constituendis & deponendis Abbatibus & Prælatis, ut exemplis confirmat Crus. *Annal. Suevic. l.11.p.2.c.13. pag.*483. Mager. *d.c.11.n.16.* qui *n.*20. probat prisci ævi Advocatis potestatem illam adjungendi se Prælatorum electionibus ab Imperatoribus eos constituentibus tacite vel expresse esse concessam, quæ tamen potestas Advocatis Laicis jure Canonico est præcisa *c.1.2.3. 5. c. omnis electio. dist.* 63. Mager. *d.c.11.n.* 39. Est igitur Advocatia Ecclesiastica nil aliud quam jus defensionis & pro-

protectionis Ecclesiarum conjunctum cum inspectione administrationis oeconomicae Reink. *de R.S. & E. lib 3. class.* 1. *c.* 9. *n.* 75. & sic est separatũ jus à jure Patronatus Ecclesiastico, quamvis nonnulli Advocatiam & jus patronatus pro eodem ponant, & Patronum advocatum, & defensorem Ecclesiae terminos convertibiles dicant, quod quidem latè accepto vocabulo Advocati concedi potest, non verò ut speciali acceptione Reink. *d. c.* 9. *n.* 79. Merckelbach. *in cons. Klock. tom.* 1. *cons.* 37. *n.* 8. 9. Haec protectio non tribuit jurisdictionem, uti in Camerâ Imperiali in terminis juris Advocatiae ratione monasterii competentis anno 1562. 3. Jul. pronunciatum. vid. Gilman. *symph. t.* 1. *part.* 1. *tit.* 6. *vot.* 2. *n.* 2 *p.* 2. *tit.* 6. *vot.* 6. *n.* 158. & *tom.* 2. *p.* 1. *vot.* 26 *n.* 10. & *decis.* 1. *n.* 31. & 16. Meischner. *decis.* 6. *n.* 134. *lib.* 1. *tom.* 2. Confutator Pfältzischen Schutzes in Keisersheimischer *confutation contra* Pfältzische *deduction* post documentum *n.* 24. §. darzu und über das. hisce verbis: Nun weiß man aber &c. Christoph Besold. *dissert. de jur. foed. c.* 5. *n.* 12. Goedd. *cons. Marp.* 28. *n.* 179. *vol.* 1. Regner. Sixtin. *tract. de regal. l.* 2. *c.* 14. *n.* 205. Sic etiam jure Canonico Laicis & Clericis dantur conservatores, qui sunt judices â summo Pontifice dati, ut â manifestis injuriis & violentiis judicialem indaginem non exigentibus sibi commissos tueantur *c.* 1. *de offic. deleg. in* 6. Mager. *de advocat. armat. c.* 2. *n.* 165. Alvar. Valasc. *decis.* 152. *n.* 6. Talia conservatoria non conceduntur personis secularibus, sed duntaxat Episcopis, Abbatibus, & Canonicis dignitatem in Cathedrali vel collegiatâ Ecclesia obtinentibus. *c. hac constitutione* 15. *de offic. & pot. deleg. in* 6. Hi conservatores contra notorios & manifestos raptores & invasores brachium seculare seu potestatem judicis secularis implorare possunt, & horum officium quasi in imperio mero consistit, non tamen ad satisfactionem quempiam cogere possunt, & conservatores à Pontifice constituti spiritualibus armis, ab Imperatore verò, qui est summus Ecclesiae Advocatus, gladio & ferro Ecclesias defendunt, Thomas Merckelbach. *in Consil. Klok. tom.* 1. *consil.* 43. *n.* 17. 22. 23.

XXI. Secundo conservatio bonorum Ecclesiasticorum consistit in recta administratione, quae soli magistratui superio-

rà,

ri, Principibus & Statibus Imperii incumbit. Grot. *in piet. ord. Holland.* Heinric. Hopffener. *in Saxon. Evangel. p.145. & seq.* Goldast. *tom.3. const. Imp. p.145. & seq.* Cothman. *resp. Academ.* 27. quam curam status Imperii Evangelici non ut Principes Politici, sed ut Episcopi gerunt vigore pacificationis religiosæ. Carpz. *Iurispr. Consist. l.2. tit.19. def.299.* Besold. *de Iurisdict. q.18. vers. tandem ad banc.* Klock. *de Contrib. c.10. sect.1. n 100. & seq.* Marsil. Patavin. *in defens. pac. part.1. cap.15. part.2. c.17. & 21.* Unde secundum præscriptum Synod. Chalcedonens. *c.26.* ab Episcopis ad Oeconomos ea cura olim translata, qui de consilio magistratuum ea bona administrabant. Hospinian. *de orig. templ. lib.1. c.5.* Nec status Imperii per pacem Religionis demum illud juris acceperunt, ut in territoriis suis de Religione & sacris statuere possent, uti post alios multos à se citatos tradunt Myler *de statib. Imp. th.88.* Norimbergius *de jur. Consist. th.28.* & ipse Lampadius, Principalis juris & libertatis aliàs assertor strenuus *l.2. de republ. Rom. Germ. c.11. §.6.* sed longe ante obtinuisse, affirmo, Principes enim & reliqui Imperii ordines regium fermè in modum ditiones suas gubernare, in eisque pleraque jure majestatis usurpare, per se manifestum est, eo autem pertinere jus sacrorum doctè probat Autor *judic. Theol. super quæstione, An pax &c. verb. sequitur quarta ratio.* Cum igitur Principibus licuit antea de rebus profanis leges condere, quidni etiam iis id licuerit circa res sacras? Potuerunt Status Imperii jure & merito subditis suis illum Dei cultum præscribere, quem voluntati ejus in sacris literis manifestata conformem censuerunt: Potuerunt de personis & bonis sacris tales ordinationes ac constitutiones facere, quæ ad veram religionem promovendã & ecclesiarũ comodũ necessariæ essent, neq; sanè verba pacis religiosæ id præ se ferunt, quasi per eam potestas illa Imperii Statibus concedatur, sed tanquam supposito eam potestatem ipsis jam competere, id tantummodo sanciunt, ne in exercenda ea Catholici Protestantibus impedimento sint, aut quicquam contra eos per vim alio ve modo moliantur. Autor *de judic. super. d. quæst. vers. Pergamus audire Aschinum.* Gail. *d. P. P. l.1.*

c.6.

c.6,n.10. Carpz. *pract Crim.p.3.q.150.n.22.& seq.* Haveman. *de jur.Episc.tit.2.p.35.* ubi ait: Archiepiscopos & Episcopos Augustanæ Confessionis regimen Ecclesiasticum sustinere potius jure divino, quam concessione Imp. nempe tanquam Magistratus, Directores & Administratores, idque bona conscientia, quæ fundamenta Status & Regiminis, cum D. Lutherus initio non satis cognita habuisset ab anno 22. & seq. noluit probare, defensionem Religionis etiam per arma EE. & Statibus competere, ut videre est apud Hortleder, *Vol.2.l.1.per tot.* sed cum à JCtis de statu Imperii & juribus Statuum melius edoceri cœpisset, uti apparet auß dem Theologischen Bedencken/ das auff solchen Fall (so die Juristen schliessen würden/ daß die Stände deß Reichs mit gewisser Maß und Beding Käyserl. Majest. unterthan) sie (die Theologi) der Stände Gewissen nicht gefangen nehmen wollen/ ob sie sich gleich gegen den erwehnten Obern wehren/ und ihre Unterthanen (bey der wahren Religion) schützen würden/apud Hortleder. *Vol.2. l.2. c.5.* quæ JCtorum consilia sequuntur, *c.6.7.8.* tunc longè aliter controversiam hanc definivit, vid. Thabor. *de Regim.Imp.Eccles.th.23.*

XXII. Quamvis verò cura bonorum Ecclesiasticorum ad Magistratus Politicos spectet, non tamen eorum tam sunt domini, quàm dispensatores, adeoque bona illa ad se rapere & in proprios profanosque usus convertere non possunt. *c. semel Deo.d.R.I in 6.* Henric. Petrej. *in tract. de Monast. pag. 74.* Reinking. *d.R.S.& E.lib.3.class.1.cap. 3. n.15.* Philipp. Andr. Burgoldensis *discurs.ad Instrum.pacis.* à Warmundo von Friedburg *part.2.discurs.9.n.14.* Matth. Wesenb. *consil. 37.* qui agit de vacantis Ecclesiæ curatione & bonis ejus non profanandis. Piè & præclarè S. Ambrosius Basilicam ad Imperatoris mandatum tradere jussus, forti & magno animo respondit: *Nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere, Imperator, expetit. Domum privati nullo potes jure temerare, domum Dei existimas auferendam? Noli te gravare Imperator, ut putes, te in ea, quæ divina sunt, imperiale aliquod jus habere. Noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: Quæ Dei Deo, quæ Cæsaris*

saris Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent ; ad sacerdotem Ecclesiæ, publicorum illis mœnium jus commissum est , non sacrorum. epist. 33. Quibus verbis gravissimis gravissimus autor testatum fecit, res Deo, Ecclesiis & pauperibus mancipatas contrectantem in eam Decalogi partem graviter delinquere , quæ furtum fieri severè vetat. Quid verò dicturum fuisse putamus Ambrosium, si in hæc tempora incidisset ? Quid si vox illa clamantis hodiernos mores nostros inspiceret & contemplaretur ? quemadmodum Herodi in faciem dicebat : Non licet tibi filiam fratris uxorem ducere, utique nunc quoque exclamaret : Non licet tibi res Deo, Ecclesiæ & pauperibus dicatas possidere, & in usus tuos convertere. Sed obiit Ambrosius , & vox clamantis obmutuit, vel certè raucedine sic est affecta , ut sonorum sonum nō edat. Et hoc est quod hodiè dici & deplorari solet, paucos esse Joannitas. Vid. Cothman. *Vol.2. cons.* 100, *n.* 20. *& seq.* Schurff, *cent.* 1. *cons.* 48. *n.* 11. Syring. *de pac. relig. part. 1. probl.* 5. Idque etiam gravissime non sine opprobrio Protestantium. Franc. Burkhard. *Autor. p. 3. c. 16.* sequentibus verbis exagitat. Wo sind ihrer Eltern Stiffte und Klöster ? Ist es nicht alles profanirt , abgethan/ niedergerissen und verwüstet? Sind nicht auß Bißthumben weltliche Fürstenthümb/ auß den Kirchen/ Zeughäuser/ Roßställe/ Dantzhäuser/ Pulverkästen/ Badthäuser/ &c. auß den Klöstern gemacht worden. Reinking *lib.* 1. der Bibl. Pol: *Axiom.* 19. ibi : Viel halten dafür/ wenn sie in ihren Registern grosse Einnahm machen können/ so sein sie glückselig/ wann es schon vom Altar und der Cantzel gerissen/ und gedencken nicht daran / daß die Rubric der Ungerechten Einnahm/ die Rubric der Außgabe alles Segens beraube/ unrichtig mache/ und die Einnahme weit übertreffe/ Et cum Joannes Zang. Anno 1545. coram Philippo Melanthone esset conquestus, quod multi Nobiles reditus cœnobii attenuarent ; respondit Philippus : Es geht itzo unter den Weltmenschen also zu/ daß sie sich alle nach der Regul Christi halten : Trachtet am ersten nach dem Reich Gottes/ das ist / suchet erst die geistlichen Güter/ darum wird auch folgen / so wird euch das ander alles genommen werden. Nec Henr. Petrejus. Consiliarius Brunov. *in tract.*

de

in tract. de monaster. p. 74. à Petro Syring. *discurs. de pace relig. concl.* 38. citatus negare potest, adseverans exempla eorum non deesse, qui res Deo dicatas attrectare, atque diripere, cœnobia invadere, eorumque census in usus profanos convertere, & muneris atque officii sui immemores, epulis & crumentis tantum intentos literarum & pauperum penitus oblitos, Christi panem confidenter devorare ausos fuisse, maleque concoxisse, ac re ipsâ, sed sero nimis expertos fuisse, fundatorum devotas execrationes (Wer die Güter nimt / demselben soll Lung und Leber im Leib verschren. item: Wer das thut / den straffe deine (juste Deus ultor) Hand mit Armut / Kranckheit / Schmach und Schande / quod sæpius factum exempla Historicorum, clarè docent) gravi effectu non caruisse. Et siquidem liceret enumerare ea monasteria, quæ sub prætextu juris advocatitii ejectis inde vitam religiosam colentibus, viris ac fœminis, occupata, atque profanata sunt, infinita prope se numero proderent, adeo ut non ita pridem summæ eruditionis vir Dn. Nicolaus Pfochius Consil. ac Profess. Herbipol. *in compend. de Regal. n.* 58. verissimè scripserit, orta religionis dissensione tantum apud seculares Protectores abusum Advocatiæ irrepsisse, ut merito propter illum protectionis jus iisdem denegandum sit. Mager. *de Advocat. armat. c.* 1. *n.* 209. Mindan. *de continent. causar. l.* 3. *c.* 18. *n.* 51. Rumelin. *ad A.B. part.* 3. *dissert.* 3. *art.* 3 *& ibi.* Nicol. Myler. *in addit.* Carpz. *de leg. Reg. Germ. c.* 4. *sect.* 4. Philip. Knipschild. *de jur. & privil. civit. Imp. l.* 5. c. 8. Etsi causa, ob quam bona illa Ecclesiis concessa deficiat, illa in alium pium usum sunt convertenda. Hieron. Schurff. *cent.* 1. *cons.* 48. *n.* 11. Cran. *de pac. relig. part.* 1. *probl.* 5. Quare bona monastica aliaque ad cæremoniarum pontificialium celebrationem destinata, post reformationem ab Augustanæ Confessionis Statibus ad ministerium Evangelicorum ac Academiarum sustentationem aliasque pias causas rectè transferuntur. Latè Hortleder in Reichshandlungen *l.* 4. *c.* 7. *n.* 10. Ioh. Sleid. *comment. l.* 15. *p. m.* 427. *circ. fin.* Cothm. *vol.* 2. *cons.* 100. *n.* 26. *& seq.* Carpz. *in jurispr. Consist. lib.*

 2. *tit.* 2 *&*

2.*tit.*21.*d.*332. Philipp. Andr. Burgoldenſ. *diſcurſ. ad Inſtrum. Pacis part.*2.*diſc.*9.*pag.*76.*& ſeq.*. Et refert B. Horneius Divum Fridericum Ulricum, Ducem Brunsvicenſ. aliquando religiose & pie ad ſe dixiſſe: *Cum nullos ſermones avidius hauriret, quam qui de ſtudiis & præſertim Eccleſiaſticis fierent, & equidem &c. de iis & universâ literaturâ nunquam non diſſererem, ſtatim ab initio Principi oſtendi, quàm pauca apud noſtros homines adminicula optimis ſtudiis in promtu eſſent: Olim quidem tum Canonicorum collegia, tum ex parte etiam coenobia tot reditibus ditata, ei rei conſecrata fuiſſe, ſed nunc nihil vel parum præſidii Eccleſiæ ac literis in iis omnibus eſſe; quin bona illa pleraq; in alios uſus converti; id non tantum cum maximo detrimento Eccleſiæ factum hactenus apud omnes, qui repurgatæ religioni addicti ſint, ſed ſine dubio non poſtremam cauſam tantarum calamitatum eſſe, in quas incidiſſemus. Hoc cum Princeps non ſæpe & libenter audiret tantum, ſed ipſe probaret &c. tandem mihi dixit, ſe pace receptâ non paſſurum, ut teruncius illorum bonorum amplius in alios uſus, quam Eccleſiæ, literarum ac pauperum converteretur, eo tantum ſibi reſervato, ut recte adminiſtrari curaret. Addidit jusjurandum: Hoc faciam, inquiebat, ita propitius mihi in extremo illo die ſit, qui vivos & mortuos judicabit. Feciſſet etiam, non dubito, ſi ſuperfuiſſet.* Hæc B. Hornejus *orat. in obitum* Divi *Friderici Vlrici.* vid. Burgoldenſ. *diſcurſ. ad inſtrum. pacis part.*2.*diſcurſ.*9.*pag.* 80. Sic Imp. Iuſtin. quæ olim Arrianorum Eccleſiis dedicata fuerunt, ab iisdem ablata purioribus Africæ Eccleſiis conceſſit. *Nov.* 37. Reinking. *de R.S. & E.l.*3.*cl.*1.*c.*3.*n.*15. Sigiſm. Finkelth. *tract. de jur. patron. c.*6.*n.*162. Verùm an Epiſcopi authoritas hoc caſu neceſſariò requiratur, non incommodè quæritur? Affirmat hoc Modeſt. Piſt. *in conſ.*43.*n.*38.*vol.*1. Contrarium verò ſtatuit Merckelb. *in conſil. Kloken. tom.*1.*conſ.*36.*n.*3.*& ſeqq* Acroama *de natur. ac jur. bon. Eccleſ. author. M.B. memb.* 2. *de bon. Eccl. conſerv. §.*4.*& ſeqq.*

XXIII. Olim graviſſima erat controverſia; An juſte Epiſcopatûs, Abbatiæ, Monaſteria &c. à Proteſtantibus & ſecularibus poſſideantur? Quæ tamen decisa eſt inſtrumento pacis. Id

quod

quod tam male habuit Papam Rom. Innocentium X. ut per nuncium suum Fabium Chisium, postea etiam Pontificem factum, solemniter protestatus sit, ut videre est ex Eminentiss. Dn. Conring. *exam. Bulla Innocentii* X. Pontificii clamitabant, bona Ecclesiastica nullo jure à Protestantibus occupata & antiquis possessoribus erepta esse, adeoque se tanquam spoliatos ante omnia esse restituendos, & cum semel Deo dicata sint, ea per transactionem alienare, aut permittere, ut ad alios, quàm ad quos primâ fundatione destinata sunt, usus applicentur, in sua potestate esse negabant, Haben nicht Macht Ertz-Stiffter / Clöster und Kirchen-Güter Gott abzusprechen/und den weltlichen einzuräumen. oder der fundatoren löbliche intent wissentlich zuwider zu thun. vid. Beweiß / warum die Päbstische den Evangelischen nicht weichen können / contra deß Geitzkofflers rationes, auß der Märkischen Cantzley. Nolumus hîc movere, utrumne profusa illa in Ecclesiam largitio Religioni salutaris, an noxia; & num collata in Ecclesiam bona aut non dedisse, aut data iterum abstulisse, è re potius Ecclesiæ fuerit? Hoc certum, quod majorum nostrorum superstitio, maximâ liberalitate erga cultum domus Dei, & omnem Clerum usa, amplissimas Regni divitias, ad decorum & gloriam Ecclesiæ intorserit, in tantum, ut Episcopos, qui, propter animarum regimen, Principes erant cœli, eosdem Principes effecerit Regni: Quomodo de Ludovico Pio Helmodus *lib.* 1. *Chron. Slav. c.* 4. scribit: Eadem tot, tantaque in hos, & alios quoque inferiores Clericos ac Monachos, intuitu pietatis congessit, ut illi fisci magis, quam Christi fierent officiales, veluti Petrus de Aliaco de iis conquestus est ex Stumphio Ventura *de Valent. in parthen. litig. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 12. Recteque de iis dici potuit, quod de Iudæis Oseas *c.* 10. *v.* 1. dixit: *juxta ubertatem terræ suæ exuberavit simulacris.* Quod Lutherus reddidit, Wo das Land am besten war/da stifften sie die schönsten Kirchen. vid. Hippol. à Lapide *de Rat. Stat. p.* 3. *c.* 4. *sect.* 3. Philipp. Andr. Burgoldens. *discurs. ad instrument. pacis part.* 2. *discurs.* 9. *pag.* 75. Cardo difficultatis in eo residet; An Cæsari & Statibus Catholicis liceat alienare Archiepiscopatus, Episcopatus & Abbatias ad obti-

nendam pacem publicam Imperii? Quod negat Ernest. de Eusebiis *in judic. Theol. super quæstione : An pax qualem desiderant Protestantes secundum se sit illicita* ; & nititur probare multis rationibus illã esse illicitam; quarum aciem fregit & labefactavit Autor *discuss. brev. de judic. Theol.* & contrarium argumentis omni exceptione majoribus probavit Eminentiss. Conring. *de pace perpetua inter Imperii Germanici ordinis religione dissidentes servanda. libell. duob.* & in Annotat. *ad Lampad. part. 3. c. 6. pag. 232* Quod enim attinet præcipua Ecclesiasticorum bona per Germaniam, illa utique citra controversiam sunt subjecta summæ Imperii potestati, cum sint feuda imperii; quod de Principatibus, Comitatibus, Baroniis aliisque opimis patrimoniis, quibus Ecclesiastici fruuntur, notissimum est; In hoc verò ordine sunt potissima bona Archiepiscopatuum, Episcopatuum, Monasteriorum, Collegiorum, quæ Ecclesiastico nomine celebrantur. Et in universum utique certum est, omnes Ecclesiasticorum possessiones sive rerum mobilium, sive immobilium antehac fuisse in aliorum imperii civium potestate, talia verò singularium civium bona nequeunt exire summo reipublicæ jure, nisi authoritate eorum, penes quos est summum imperium; Et sic omnia Germaniæ quamvis sacra bona Cæsaris & cæterorum statuum potestati subjacent; atque adeo hîc locum habet illud Hugonis de S. Victore: *Omnia quæ ad vitam terrenam spectant, subjecta sunt terrenæ potestati*; Apponam hic verba Magni Conringii *in annot. ad Lampad.* quæ *citat.* Burgoldens. *ad Instrum. Pacis. part. 2. disc. 9. pag. 73. In qualibet bene constituta Republ. tanta debet esse bonorum sacrorum vis, & copia, quæ sufficit sacris obeundis sacrorumque Ministris honestè & cum authoritate quadam alendis. Igitur de illis quidem bonis sacris nihil esse per tributa aut alias præstationes detrahendum facilè apparet, utpote quum detractione illa non possint non sacra ipsa capere aliquid detrimenti. Cæterùm si bona illa sacra magis fuerint opima & superflua, omnino & illa debere inservire necessitatibus Reip. non minus atque alia manifestum est.* Et mox: *Simul verò haud obscurum est, perperam Romanum Pontificem sibi*

sibi arrogare summum dominium talium bonorum, utpote quum sint bona Reipubl. quaque adeò cujuslibet Reipub. juribus atque arbitrio sunt subjecta. Cum igitur omnia bona Ecclesiastica Germaniæ, non minus atque alia quoque privatorum civium, Cæsaris & ordinum Imperii summæ potestati subjaceant, hæc verò exigente reipublicæ necessitate à summa majestate auferri & alienari possint Grot.*de I.B.l.3.c.20.n.7.l.2.c.14.n.7.8.& l.2.c.21 n.11.* exinde hoc consectarium elicitur, licuisse Cæsari & Ordinibus omnia illa bona, quemadmodum publica salus Germaniæ postulavit, in Evangelicos status conferre, nec competere Romano Pontifici protestandi, vel conquerendi justam facultatem. Et ficulneum argumentum est, quod bona Deo dicata in alienos usus transferre sit piaculum, Non enim illa bona sunt Deo devota, quæ non nisi emtione, permutatione, aliisque vulgaribus artibus & titulis in Cleri & Monachorum potestatem devenerunt; qualia sunt perquam multa, & licet quædam pio errore sint sacrata, illa tamen non verè & reipsa Deo sunt sacra præ aliis bonis, sed suâ naturâ sunt secularia; solis iis, quæ proximè & propriè sacris usibus inserviunt, vim & essentiam sacrorum bonorum tenentibus. Nec Principatus, Comitatus ita sunt comparati, ut Deo specialiter consecratis bonis jure annumerentur. Sine quibus enim religiosus Dei cultus integer perdurare potest, illa perpetuo ab illo cultu abesse possunt; Atque sine illis bonis feudalibus, ut sunt Episcopatus Comitatus &c. religiosus Dei cultus integer perdurare potest. E. Illa ab illo cultu perpetuò abesse possunt. Nec dici potest in vetitos & Deo displicentes usus illa bona verti, quæ ad conservandam salutem Ecclesiæ & Reipub. impenduntur. Rectè S. Ambrosius: *qui sine auro misit Apostolos, Et Ecclesias sine auro congregavit. Aurum Ecclesia habet non ut servet, sed ut eroget & subveniat in necessitatibus. Aurum sacramenta non quærunt; neque auro placent, quæ auro non emuntur.* Et nihil absurdius est, quam omnia bona fieri Ecclesiastica simul ac in Cleri possessionem deveniunt. Quasi nimirū, ut est in Midæ fabulâ: *Contactu glebapotenti.* Illicò fiat Missa Sacra. Absurdū quoq; est, illa bona spiritualia nun-

cupare, quæ vocis usurpatio est remotissima à loquelâ S. Codicis, qui aliter sapere, aliter loqui nos docuit, & probat Magnus Continggius *in Exam. Bullæ Innocentii X. pag.* 125. quod Julius III. Pontifex in Angliâ per Cardinalē Reginaldū Polonum legatum suum, tranquillitatis publicæ causa, opes, quæ quondam Ecclesiasticorum fuerant, secularibus, quos vocant, in perpetuum possidendas permiserit, de quo ita scribit Henricus Spondanus *in Annal. ad ann.* 1554. *n.* 4. aut potius, unde illa descripsit Sanderus *l.* 2. *de Schism. Anglic. De bonis tamen ac fundis Ecclesiasticis impetrare non potuit quantumvis & Regina in comitiis anni sequentis operam suam in eo præstiterit, ut restituerentur Ecclesiis & Monasteriis, quæ ab Henrico Rege distracta fuerant, & Nobilibus Laicis distributa. Quin imo ne novæ indè turbæ concitarentur, ordinibus postulantibus & urgentibus, adactus est, publico instrumento Pontificis nomine, omnes, de ejusmodi bonis & possessionibus quoad pœnas & censuras Canonicas, in perpetuum securos & absolutos declarare.* Et in tantum primam fundationis regulam neglexerunt Pontificii, ut etiam integra sæpe monasteria fisco suo addicere, non duxerint esse nefas. Nec aberravit à scopo Bruschius, quando in suâ ab Imp. Ferdinando I. Privilegiatâ & Ingolstadii excusa Germaniæ Monast. Chronologia, scripsit: *Usque ad ann. Domini* 856. *Abbatias & Episcopatus vocatos; post hæc verò tempora Episcopos opimiores Abbatias cœpisse ad se rapere, & simul Abbates & Episcopos agere ob ventrem;* qui etiam recenset octo insignia Monasteria, quæ sublatâ primâ fundationis regulâ, partim in alium modulum liberioris vitæ mirâ quadam metamorphosi transfusa, & ex Monachis regularibus Canonini seculares (quos monstra sine exemplo, regulares sine regulâ, Canonicos sine canone, Crantz. *l.* 2. *metrop. c.* 15. & *l.* 3. *c.* 15. & *l.* 7. *c.* 50. Sigismundus autem Imperator in reformatione Clericorum de ann. 1436. *c.* 10. *§.* 1. apud Goldast. Die Reichs-*Constitution, Reformation* und außschreiben. *p.* 180. à libertate vitæ Gottes Juncker vocat) facti; partim expulsis monachis & monialibus, ad Episcopatus mensæ usus, fisco addicta sunt. Non est ergo, quod Pontificii Protestantibus hac in re

ob-

objiciant. Et Author informationis der Vier Kloster-Sache ita scribit: Wenn alle die jenigen Augsp. Confession Verwandten/ so dergleichen Güter eingezogen / um deß willen gesteiniget werden solten/ könten unter den geistlichen Ertz- und Bischoffen wol keiner/ oder sehr wenig den ersten Stein auffzuheben mit gutem Gewissen und ohn gefahr gleicher condemnation unternehmen. Sed mitto hanc controversiam, utpote jam publicis decisam legibus. Man lasse es einmal hiebey bewenden: Bißher hat man genug um den Rock Christi gezancket: Man bekümmere sich nun hinfüro mehr um dessen Leichnam/ uti loquitur I. W. Relfendso Heromontanus *de sum. Princip. Germ. potest. auct. per Iulium de Veromonte p.* 223. Verum ut supra notavim⁹ hæc quæstio est decisa in instrumento pacis *art.* 5. & omnia restituta in eum statum, in quo anno 1624. fuerunt, ita ut bona sacra, quæ tunc à Catholicis tenebantur, & interim à Protestantibus occupata fuerant, illis restituantur, & viceversa bona illa, quæ Protestantes dicto tempore possederint, in perpetuum retineant. Confer *Theatr. Europ. Tom. 6. p.* 652. Sever. de Monzambano Veronensis *d. Stat. Imp. Rom. c. 5. p.* 134. 135. Et ita hic articulus ex Papæ & Palatinorum curiæ Romanæ dolore triumphum egit justissimum, quumque hoc modo gravaminum Ecclesiasticorum nodi, non gladio, sed mutuo investigantium studio soluti sint, perpetuum odiorum virus & cruorem minimè stillaturi sint: Det Summus Deus, ut omni cœco religionis zelo deposito Catholici & Evangelici, si non in religione, tamen in Politicis unanimiter inposterum conspirent, & si non sacram, civilem tamen concordiam invicem colant, omniaque tandem gravamina residua in Comitiis Imp. amicè & placidè tollantur. Philippus Andreas Burgoldensis *in Discurs. ad Instrument. Pacis secund. part. de gravam. Imp. Ecclesiast. & Politicis ad art. 5. instr. pac. p.* 4. 5. Blumius *tit. de Process. Cam. tit.* 18. *n.* 19. *& seqq.* Hæc, quæ dixi, optime declarat Responsum Dn. Christophori Joachimi Bucholtz/ JCti celeberrimi, & Consiliarii Hassiaci, à spectabili Domino Decano mihi communicatum, quod Nobilissima Facultas Iuridica Rinthelens. An. 1666. confirmavit. P.P.

RESPONSUM.

Daß von denen Dohmherrn Augspurgischer Confession der Hohen Stiffts-Kirchen zu Oßnabrück mir ein Bericht zugesand / welcher gestalt notorium und landkündig sey / daß in Anno 1624. Drey Canonici der Augspurgischen Confession zugethan bey dem hohen Dohm-Stifft zu Oßnabrück gewesen / unter denen der verstorbene Wilhelm von Varendorff die Dohmb-Scholasterey / der annoch lebender Johan Heinrich Voß aber die Probstey zu Quackenbrügge / und zwar beyde die davon dependirende jura Archidiaconalia eingehabt und würcklich exerciret.

Nachdem nun in dem Frieden-Schluß de anno 1648. und darauff erfolgeter Capitulation des Stiffts Oßnabrück verordnet / daß das Dohm-Capitul hinwieder / in den Stand / wie es in besagten 1624. Jahr / den 1. Tag Januarii gewesen / gesetzet / und drey Evangelische Dohmherren darin solcher gestalt erwehlet und angenommen werden solten / wie auch würcklich erfolget / daß einem jeden Theil / so wol Evangelischen als Catholischen seine dignitates & jura, Præbenden und Einkünffte / so viel sie deren in An. 1624. gehabt und besessen / verbleiben / gereicht und außgefolget / und fürterhin in solchem Stande und Anzahl continuirlich propagiret und erhalten / im geringsten aber nicht dagegen beschweret werden solten.

Und aber ohnlängst sich begeben / daß Herr Otto Henrich Schmising / gewesener Dohmprobst zu Münster / und der Hohen Stiffts-Kirchen zu Oßnabrück Canonicus & Cantor sehl. Todes verfahren / durch dessen Ableben die Dohmb Cantorey neben dem davon dependirenden Archidiaconat erledigt.

Dahero mein rechtliches Bedencken über folgende Frage begehret worden; Ob von dem Hochwürdigsten / Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Ernst Augusto Bischoffen zu Oßnabrück / Hertzogen zu Braunschw. und Züneb. &c. der vacirende Archidiaconat einen von den jetzigen der Augspurgischen Confession zugethanen Canonico des Hohen Dohmb-Capituls conferiret werden könne? Oder ob die Evangelische Dohmherrn von

der

ter dignitate & jure Archidiaconatus, als deren unfähig/ durch obangezogene Oßnabruggische Capitulation gäntzlich außgeschlossen seyn?

Wenn dann die Erörterung dieser Frage auß dem Friedenschluß und darauff gewiedmeter Capitulation des Stiffts Oßnabrück billich zu nehmen. So habe ich dieselbe mit Fleiß verlesen/ erwogen/ und berichte auff die vorgestellte Frage für Recht.

Obzwar in d. Capitulatione §.4 enthalten/ daß/ fürs erste/ alle Jurisdictio Ecclesiastica und was davon dependiret/ so weit es die Catholische Stiffts Stände und Unterthanen betrifft/ dem Dohm-Capitul, denen Archidiaconis, Catholischen Prælaten und Obrigkeiten/ denen es von Alters gebühret oder gebühren solle/ auff gewisse masse allein und privativè reserviret.

Also daß/ fürs ander/ daßjenige/ was durch ein Thum Capitul/ die Archidiaconos und ordentliche geistliche Obrigkeiten in geistlichen ad Jurisdictionem Ecclesiasticam gehörigen Sachen verordnet und gesprochen/ fest gehalten werden solle.

So gar/ Fürs Dritte/ daß der Archidiaconus die executionem remotionis ab officio & Translationis auch über die Evangelische Personen hat/ welche von dem Evangelischen Consistorio ab officio zu removiren oder zu transferiren, nöhtig befunden werden/ salvis omnibus pro investitura, & aliis competentibus juribus §. 5.n.6.

Dahero dann fürs Vierdte in dem §. 10. außdrücklich und specialiter verordnet/ daß wenn sich einige vacantien der Catholischen Beneficien/ Archidiaconaten/und Prælaturen/ die curam animarum und Jurisdictionem Ecclesiasticam annexam haben/ und den zeitlichen Bischoffen von Alters hero gebühren/ als denn bey Zeiten deren auß dem Fürstl. Hause Braunschweig und Lüneburg succedirenden Landes-Fürsten das Dohmb-Capitul bey jedwedern dergleichen Prælaturen/ Personat, oder Beneficien zwey qualificirte subjecta Catholischer Religion ernennen/ deren eines von denen Evangelischen Landes-Fürsten erwehlet/ und demselben sothane erledigte Prælatur,personat oder Beneficium conferiret werden solle.

Weil jedoch erstlich / in der offterwehnten Oßnabrugischen Capitulation §. 20. mit klaren Worten deutlich versehen / daß zur Satisfaction des Frieden-Schlusses in dem Oßnabrügischen Dohmb-Capitul, als darin beeder Religion Verwandte den 1. T. Januarii Anno 1624. miteinander gelebet / so viel Catholische und Augspurgischer Confession Verwandte Dohmherrn / als darin den 1. T. Januarii, Anno 1624. gewesen / oder vermüge des Frieden-Schlusses kommen können / nach Anweisung des Instrumenti Pacis wiederum eligiret / und eingenommen / einen jeden Theil seine dignitates & jura, Præbenden und Einkünffte (so viel sie deren Anno 1624. gehabt und besessen) unweigerlich verbleiben / gereichet und außgefolget / und fürterhin in solchem Stande und Anzahl continuirlich propagiret und erhalten / im geringsten aber nicht dagegen beschweret werden sollen.

Und dasselbe fürs ander / in offtberührter Capitulation, §. 29. solcher Gestalt wiederholet / daß die Dohmbherren sambt und sonders in der possession, darin sie Anno 1624. den 1. T. Januarii gewesen / ruhig gelassen / geschützet und gehandhabet / und jedweder absonderlich wider solche Possession und Gerechtsamb nicht beschweret noch beeinträchtiget werden solle.

Und denn drittens / dem Bericht nach / in facto erweißlich / daß in Anno 1624. primo Januarii zween Evangelische Dohmherrn / die die Dohmb-Scholasterey und respectivè Probstey zu Quackenbrügge gehabt / und beyde die davon dependirende jura Archidiaconalia würcklich besessen und exerciret.

So erfolget ja gantz klärlich darauß / daß die itzo durch den Frieden-Schluß restituirte und wieder eingewehlte drey Evangelische Dohmbherrn von denen Officiis Canonicatuum und davon dependirenden Juribus Archidiaconatus alsweit dieselbe curam animarum & Jurisdictionem Ecclesiasticam über die Römisch-Catholischer Religion zugethane Persohnen nicht concerniren / und Sie dieselbe in anno 1624. exerciret / nicht excludiret werden mögen / Sondern ihnen dieselbe sarta tecta erhalten / Sie dazu admittiret / und verstattet / auch dabey geschützet / und gehandhabet werden können und müssen.

Und

Und solches fürs vierdte so vielmehr deßwegen / weil in der Capitulation an keinem Ort denen Evangelischen Dohmherren die officia Canonicorum Cantoratus, Scholasticatus und andere dergleichen absonderlich und in specie nicht abgesprochen / noch benommen/ oder sie dazu als illegitimi erkandt worden / noch werden können. Dahero denn in Krafft offterwehnter Oßnabrüggischer Capitulation §. 58. die restitutio und manutenentz der in anno 1624. von denen Evangelischen Dohmherren possedirten und exercirten juribus Archidiaconatus nach dem instrumento pacis Cæsareo-Suecico cap. 3. & seqq. und nach den beschriebenen Rechten / quæ juri suo restitutum & possidentem in omnibus conservant & defendunt, und nachdem/ wie es in anno 1624. herkommens und Gewonheit gewesen/ reguliret/ decidiret und erkandt werden muß. Dawider die vorhin und zu Anfang auß der Oßnabrüggischen Capitulation angeführte rationes dubitandi nichts vermögen; Dann ob gleich fürs erste / die Evangelische Dohmbherrn sich des Archidiaconats, alsweit derselbe mit der geistlichen Jurisdiction, cura animarum, und was davon dependiret/ verbunden/ vi Capitulationis nicht anzumassen/ auch darzu nicht erwehlet/ noch bestätiget werden mögen.

So können sie jedoch die jura Archidiaconatus, so weit dieselbe mit deren Officiis der Dohm-Cantorey/ Scholasterey / und andern verknüpfft und davon dependiren / und was deren übrige Gerechtsame und Einkünffte / extra Jurisdictionem Ecclesiasticam, betrifft/ cum hæc jura à se invicem separata sint, wol exerciren/ gestalt sie auch dieselbe bey denen Officiis in anno 1624. obangezogener massen exerciret haben.

Welches denn fürs zweyte und dritte/ denen Archidiaconis Catholicis, so wenig an ihrer administratione Jurisdictionis Ecclesiasticæ & cura animarum, als an ihrem jure exequendi sententiam remotionis aut translationis ab Evangelico Consistorio latam einigen Abbruch oder Eingriff zu thun vermag.

Und kan der vierdte Einwurff ex §. 10. Capitulationis de Archidiaconatu ratione Jurisdictionis Ecclesiasticæ & curæ animarum solis Catholicis reservato, mit dem Exercitio jurium

Archidiaconatus in certis ac specialibus causis à Jurisdictione Ecclesiastica & cura animarum separatis, der Evangelischen Dohmherren zugleich wol bestehen.

Dann gleich wie es kein absurdum und ungereimtes gewesen/ daß in anno 1624. ein und ander Evangelischer Dohmherr/ so der geistlichen Jurisdiction über die Catholische Unterthanen unfehig gewesen/ die jura Archidiaconatus ab officio suo dependentia exerciret und besessen; Also ist keine Ursache vorhanden/ daß eine solche separatio juriũ particularium jetzo und bey den redintegrirten Zustande des Stiffts/ ichtwas ungereimtes nach sich ziehen solte.

Da im Gegentheil denen Evangel. Dohmherrn ein schweres præjudicium und Nachtheil zuwachsen wolte/ wenn sie der intentioni alterius partis contrahentium zuwider / von denen Juribus particularibus Archidiaconatus in perceptione fructuum Jurisdictionis civilis ad Archidiaconatus dignitatem pertinentis, und andern Hebungen/ davon in der Capitulation in specie nicht das geringste derogando disponiret/ abgetrieben und deren unfehig gehalten werden solten; Da sie doch quoad omnia & singula jura an. 1624. possessa restituiret / und ihnen darin in dem heilsahmen Frieden-Schluß und der Capitulation selbst kräfftige Manutenentz und Schutz versprochen.

Zu dem wenn der Verstand des §. 10. Capitulationis recht erwogen wird / so kan daraus keine Dispositio, denen Evangel. Dohmherrn allen Archidiaconat und dessen jura abzustricken/ erzwungen werden; dann darin ist nur dieses begriffen/ daß es Capitulirter massen mit der Collation der Cath. Beneficiẽ, Archidiaconaten und Prælaturen, die curam animarũ und Jurisdictionem Ecclesiasticam annexam haben/ gehalten werden solle; Darab aber mit Beyfall der Rechten ein solcher Schluß nicht gemacht werden kan/ als wenn deren Evangelischen Dohmherren kein Archidiaconat und dessen jura particularia conferiret werden mögen. Dann sonst müsten sie auch von allen andern Beneficien und Prælaturen, so denen Catholischen Dohmbherrn verliehen werden/ außgeschlossen seyn / welches jedoch absurd und ungeschickt

zu

zu seyn / nicht allein recta ratio und ipsa rei ac causæ substantia & qualitas klährlich darleget. Sondern es ist auch ein wiedriges so bald ex principio hujus §. 10. augenscheinlich zu erkennen/indem daselbst præsupponiret wird / daß so wol denen Evangelischen als Catholischen die Prælaturen und beneficien zu conferiren seyn/und sich aber nirgend befindet/das denen Evangelischen ichtwas præter ea, quæ ad jurisdictionem Ecclesiasticam & curam animarum erga Catholicos subditos pertinent , dißfals benommen oder abgesprochen seyn solte/ und also obangezogener massen alles übrige unter die regulam concessorum gehöre.

XXIV. Frustra laboramus Ecclesiis bona acquirere,nisi ea ab aliorum impetu & invasionibus sarta tecta serventur, eo verò calamitatis jam deventum est, ut non minus in Ecclesiasticorum quam secularium bonorum possessione à maleferiatis turbari sit solenne,ac nemo à litibus immunis præstari possit, uti rectè loquitur Auct.M.B. *acroama de nat. & jur.bon.Eccl.memb.* 2. §. 11. Hinc semper judicia fuerunt constituta rebus sacris conservandis,in quibus considerandum 1.Forum, 2. Media. Forum quod attinet ex Protestantium sententia jurisdictio Ecclesiastica est pars civilis imperii, hinc recte Principes Protestantes jure civilis imperii jurisdictionem illam sibi vindicant : Et est manifestus error illorum,qui ex eo , quod pace religionis ordinibus Protestantibus jurisdictio Ecclesiastica conceptis verbis non sit concessa,satis confidenter inferre ausi fuerunt, jurisdictionem Ecclesiasticam contra ordines Augustanæ Confessionis suspensam quidem esse,non tamen apparere,quod in eos sit translata. Nicol. Ever. Jun. *vol. 2. cons.1. n.*78. Quia enim Principes protestantes ex doctrinâ nostræ religionis jurisdictionem istam sibi vindicarunt , utique permissâ nostrâ religione,, hoc quoque per necessariam consequentiam confirmatum est, nec opus fuit , ut expressis verbis in principes ac ordines protestantes jurisdictio Ecclesiastica transferretur. vid. Dn. Ludolph. Hugo, JCtus celeberrimus. Consil. Duc. Brunsuic. & Luneburg. Patronus meus venerandus. *in disp. inaug. de Stat. region. Germ. n.* 28. Vi hujus jurisdictionis Ecclesiasticæ

Prin-

Principes protestantes in suis territoriis jus episcopale exercent, consistoria & judicia Ecclesiastica in suis territoriis instituunt, in quibus negotia & res Ecclesiasticæ ventilantur & tractantur profanis & civilibus litibus Cancellariis secularibus relictis. Reinking. *de R. S. & E. l.* 3. *class.*1.*c.*10.*n.*7. Cothman. *vol.* 2. *cons.*64.*n.* 63. *& seq.* Finkelth. *de jur.Patron.c.*4.*n.*14. Carpz. *jurisprud. Consist. l.* 3.*tit.*1.*def.*1.non verò gaudent Clerici illo foro privilegiato in actione reali, sed tunc conveniri possunt coram judice laico, ubi res sita est, cum eo casu non persona, sed res in judicium trahatur. Gail. *de pignor.obs.*7.*n.*2. Carpz. *in jurisprud.Consist.l.*3.*tit.*1.*def.*7. Mynsing. *cent.*1.*obs.* 22.*n.* 2. *&* 4. *& cent.* 5. *observ.* 93. *n.* 6. ubi refert præjudicium in causa Swartzenberger contra Mülendung. *& cent.* 4.*obs.*95.*& cons.*47. *n.*26. Thom. Merkelbach. *in cons.Klocken.tom.*1.*cons.*10. *n.* 178. *179.* 180.181. ubi notat, quod in Cam. Imp. ex illa ratione processus executivi sint decreti, & in specie in Sachen der Heil. Reichsstadt Heilbronn contra Hn. Meister und Convent deß Hospitals zu Steffansfeldt Mandatum immissoriale sine clausula 6. Martii An. 1602. & *tom.*3. *consil.*131. *n.* 15. *& seqq.* Carpz. *part.*3.*decis.* 217. Media, per quæ bona Ecclesiastica in judicio conservari possunt, sunt actiones & exceptiones, remedia petitoria & possessoria; de summariissimo possessorio in terminis agit Thom. Merkelbach *in cons. Kloken. tom.*1. *cons.* 39. & de momentaneo decimarum possessorio *in cons. seq.* 40. De causis decimarum & Novalium coram quo judice agitanda? idem Merkelbach *d. tom.* 1.*cons.* 41. Meischnerus *decis. Cam. Imp.* 22. Et quidem causa possessionis est secularis, & in spiritualibus temporale aliquid esse creditur. Matth. de Afflict. *decis. Neap.* 24. *per tot,* qui ita in consilio Neapolitano judicatum refert. Anthon. Faber *in Cod.rer.in Saband.jud.l.* 3. *tit.*1. *def.*38. *n.* 6.7. Myns. *cent.* 2.*obs.*67.*n.*2. Gail. *l.*1.*obs.*37. Reink. *d. R. S. & E. l.*3. *class.*1.*c.* 10. *n.*18.

XXV. Hactenus igitur de conservatione bonorum. Sequuntur jura, quibus Ecclesiæ gaudent, & quidem Ecclesiæ pupillorum & minorum gaudent juribus, Mart. Uranius *in lect. ad*

6.cum

cenm venerabilis. d. except. pag. 462. *n.* 40. *in fin.* Thom. Merckelbach. *in conf.* Klocken. *tom.* 1. *conf.* 11. *n.* 134. & exemplo minorum Ecclesiis aliisve piis locis læsis competit auxilium restitutionis in integrum. *c.* 1. 2. 3. 7. *x. de in integr. rest.* ibique August. Barbosa *in Collectan.* Stuck. *part.* 1. *conf.* 2. *n.* 90. *& n.* 139. Author. Vot. apud Adrian. Gylman. *in symphor. supplic. tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 11. *vot.* 3. *n.* 6. & *tit.* 15. *Vot. ultim. n.* 1. 2. 3. 4. & *tom.* 4. *p.* 1. *vot.* 14. *n.* 273. 274. Tileman. de Benign. *in Apospam. Prodrom. decisiv. relat. syntagmat.* 3. *decad.* 1. *vot.* 8. *n.* 4. Nicol. Eberhard. à Middelburg. *loc. argument. legal.* 68. *&* 74. Jason. *conf.* 213. *n.* 3. qui de hospitali agit, & currit quadriennium à tempore læsionis. *c.* 1. 2. *d. in integr. rest. in* 6. *c. un. Clement. eod.* Barbosa *d. jur. Eccles. l.* 2. *c.* 3. *n.* 187. nisi læsio facto administratoris contingat, tunc enim ab eo tempore, quo mortuus fuit administrator, currit per *c. si sacerdotes.* 10. *q.* 4. 16. Hartm. Pist. 1. *q.* 37. *n.* 64. Ioh. Vincent. Honded. *vol.* 2. *conf.* 80. *n.* 87. Guid. Papa *decis.* 150. Cavalcan. *decis.* 30. *n.* 14. *decis.* 45. *n.* 49. *part.* 1. Redoan. *de reb. Eccles. non alienand. in quæst. de rest. in integr. in pr. n.* 15. 16. Sfort. Oddus *tract. d. rest. in integr. q.* 19. *n.* 75. *vers. & ratione.* Nec detrahitur in præscriptione tantum illud tempus, quo vixit Prælatus, qui ita male administravit, sed etiam ignorantiæ aliorum successorum, belli ac pestis. Cavalcan. *decis.* 29. *n.* 8. *p.* 2. & *d. decis.* 30. *n.* 14. Thom. Merckelbach. *in conf. Klocken. tom.* 2. *conf.* 48. *n.* 181. 182. & *tom.* 1. *conf.* 11. *n.* 196. Stuck. *d. conf.* 2. *n.* 157.

XXVI. Porro Ecclesiis applicantur jura Fisci, & ab hoc ad istas favore piæ causæ in praxi argumentum ducimus, ne Eclesiastica civitas seu respublica deterioris conditionis sit, quàm politica. Mevius *p.* 5. *d.* 319. *n.* 3. quod declarat Klock. *tom.* 2. *conf.* 39. *n.* 176. *& seqq.* cum Baldo *in l. fin. vers. ulterius quæro. C. d. SS. Eccles.* Negusant. *d. pignor. memb.* 4. *p.* 2. *n.* 121. *vers. Et isto casu Ecclesiæ. n.* 1. *& seqq. per tot.* Hartm. Pist. *obs.* 68. ut non obtineat in iis casibus, in quibus Ecclesia non reperitur nominatim privilegio munita. Nemo itaque præsumat jure communi Justinianeo Ecclesiis ac piis causis jus tacitæ hypothecæ in bonis debitorum attribuere, Carpz. *part.* 3. *decis.* 277. Tali enim jure

nec pupilli nec minores utuntur in bonis suorũ debitorũ. Carpz. *I.F.R.S. p.2.c.24. d.13.* licet tutorum bona tacitè ipsis sint obligata. *l.24.C.d.admin.tut.l.un.§.1.C.d.rei uxor. action.* perinde ut & piis causis in bonis administratorum tacitam hypothecam illis non invidemus. Carpz. *I.F.R.S.p.1.c.28.d.116.* Matth. Wesenb. *in paratit.ff.d.privil.cred.n.5.* Hahn. *ad Wesenb.tit. in quib. caus. pign.n. 5.* quibus etiam sententia in foro recepta favens privilegium personale in bonis debitorum præ chirographariis creditoribus concedit Mevius *ad Ius Lubec. lib.3. tit. 1. art. 12. n. 41.* Modest. Pistor. *3.q.129. in addit.* Wissenbach. *in comment. Cod. tit. de SS. Eccles. n.3.* ita tamen, ut sub illis non veniant personæ singulæ, quæ forte officia in piis locis sustinent, ut Pastores, ministri Ecclesiarum. Mevius *d.art.12.n.44.* Hahn. *ad Wesenb. tit. de privil. cred. n. 2.* Deinde sicut Fiscus agens civiliter potest urgere reum, ut edat omnia instrumenta, quæ ad rem præsentem faciunt, ita etiam Ecclesiæ & alia pia loca. Menoch. *lib.2. A.I.Q. cas. 499. n. 46.* Mevius *p.5. d.318.* qui ita An. 1657. in causa der Capitularen der Stiffs-Kirchen zu Setin contra deß Oeconomii Rahts/ Dan. Schlegels Erben die 8. Sept. 1657. in casu, quo nomine Ecclesiæ & Pædagogiæ à reo petebantur ordinarii ex prædio reditus tanquam à possessore fructus percipiente in Regio Tribunali Wismariensi decisum refert. Brunneman. *ad l.3.n.2.ff.d.Edend.* Nicol. Eberhard. à Middelb. *in loc. argum. legal. loc. 61.* ubi plura argumenta à Fisco ad Ecclesiam vel piam causam, & *loc.65.* ab Ecclesia ad Fiscum, & *loc. 68.* à pupillo ad Ecclesiã *loc.69.* à Republica ad Ecclesiam refert. Et sicuti civitas non obligatur ex mutui contractu per administratores, nisi doceatur versio pecuniæ in utilitatem civitatis, licet administratores teneantur, si non sit versa. Hareman. Pist. *p. 1. q. 37.* Mevius *p.3.decis.229.& seq.* Ita nec Ecclesia Brunnem. *in l. 27. ff.d.reb.credit.* Cardinal. Mantic. *d. tacit.& ambig. convent. l. 8. t.12.n.4.* Ex quibus verò conjecturis probetur mutua pecunia versa in utilitatem Ecclesiæ, agit Mantic. *d.l.8.t.15.16.* Argentoratens. *vol.2.cons.24.n.26.* quæ probatio si fiat, Ecclesia tenetur. *can. illud. caus. 16.q.6.* Menoch. *A.I.Q. cent.2.cas.432.* Adr. Gylman. *l.2.decis. Cam. 51.n.28.* Ioh. Petr. Surd. *cons. 181. n. 11.*

Thom-

Thom. Merckelbach. *in conf.* Klocken. *tom.* 3. *conf.* 151. *n.* 14. *& seq.* & *tom.* 1. *conf.* 34. ſi enim aliter diceremus, Eccleſia cum alterius damno locupletaretur, quod eſt contrarium naturali æquitati ſecundum Pompon. *in l.* 14. *ff. d. condict. indeb.* Eccleſia auctrix & cultrix juſtitiæ, honeſtatis & æquitatis eſſe debet. Cothman. *vol.* 1. *conſ.* 30. *n.* 118. *& ſeq.* nec ab ea vel ejus nomine quidquam præter bonum & æquum expeti. Et licet Eccleſiæ inſignis favor ſit, nunquam tamen is eò extenditur, ut cuiquam fiat injuria *c. ex tenore.* 11. *x. d. for. compet.* Maſtrill. *deciſ.* 820. *n.* 21. Omnibus Eccleſia prodeſſe nemini nocere debet. *c. denique* 13. *q.* 5. Riminald. Jun. *conſ.* 358. *n.* 263. nec quidquam defendere quod iniquitatem fovet. *c. ult. diſtinct.* 24. *c. ſi quis diſtinct.* 81. Cravett. *conſ.* 873. *n.* 7. Mevius *in diſcuſſ. levamin. inop. debit. c.* 3. *n.* 72. *& ſeqq.* Hinc Epiſcopus ſucceſſor ad ſolutionem debitorum pro neceſſaria Epiſcopatus defenſione ab anteceſſore contractum jure obligatur, uti præjudicio Cam. Imp. confirmat Klock. *d. contrib. c.* 8. *n.* 64. Idem obtinet, ſi Prælatus pecuniam accepit pro ſua ſuorumque neceſſaria ſuſtentatione. Redoan. *d. reb. Eccleſ. non alienand. q.* 4. Molin. *de jur. primogen. l.* 1. *c.* 10. *n.* 32. Henning. Gœdden. *conſ.* 36. *n.* 1. latè Marp. *vol.* 3. *conſ.* 35. *n.* 116. Merckelbach. *in conſil.* Klocken. *tom.* 2. *conſ.* 54. *n.* 56. *& ſeq.*

XXVII. Sunt etiam quædam Eccleſiis conceſſa, quæ non ſunt conceſſa civitatibus, ſic enim Eccleſiis immunitas conceditur ab extraordinariis (i.e. quæ non ſunt indictæ per conſtitutionem ſcriptam, ſed per nutum ſuperioris) & à ſuperindictis, i.e. ab augmentis ordinariarum indictionum vel collationum. *l.* 5. *C. de SS. Eccleſ.* quæ non conceditur civitatibus. Wiſſenb. *ad tit. C. d. SS. Eccl. n.* 3. Et eſt immunis Eccleſia à pœna non inferentium tributa. *d. l.* 5. *c.* in verbis, *nulla translationum ſolicitudo*; qui enim tributa pendebant, ſi ſuo tempore illa non inferant, horum prædia publica vendebantur. *l. fin. C. de cenſib. & cenſit. l.* 11. Ab hac pœna liberat Imperator Eccleſias, ut Eccleſiarum miniſtris ab his oneribus liberis de ſubſidiis vitæ liberalius provideretur, & ut tanto ferventius in rem divinam incum-

berent. *l.22.C.d. SS. Eccles. cap. non minus. 4. vers. Quocirca sub anathematis districtione fieri de cætero talia probibemus. cap. 7. ibi: Adversus Consules & Rectores civitatum x. de immun. Eccles.* Et in sacris Pandectis suppeditat argumentum exemplum Josephi, qui cum totam Ægypti terram obligasset, & tributariam fecisset, sacerdotum terram excepit, quàm voluit esse liberam. *Genes.* 47.*v.*22. Et cum solverentur tributa Regi Persarum, excepti sunt sacerdotes & Levitæ, *Esdr.*7.*n.*24. Vere scripsit B. Lutherus ad concionatorem quendam adversus exigentes tributum à ministris Ecclesiæ, Woyon sollens die Kirchendiener geben/so sie nichts eigens haben/und eben so viel ist/ als nehme mans von dem Kirchen-Gut/das ist/von Almosen / oder / wie man spricht/von unsers HErren Christi Füssen. *tom.* 7. *Ienens. fol.* 449. Baldevvin. *de cas. conscient. l.*4.*c.*12. *cas.*14. Klok. *de contrib. c.* 12. Reinking. *de R.S.& E. l.*2.*class.*3.*c.*3.*n.*1. Parlador. *rer. quotid. c.*3.*n.*2. Barbosa *in l.*5. *C. de SS. Eccles.* & *de jur. Eccles. l.*1.*c.*39. *§.*5. Mev. *part.*5.*dec.*223. Idque non solum de tributis & vectigalibus, sed etiam aliis oneribus intellectum volumus, ut nec hisce Ecclesiæ bona gravari debeant, quod confirmat concilium Lateranense in *c.* 4.*x. de immun. Eccles.* Carpz. *in jurisp. consist. l.*2.*t.*19.*def.*308. Knipschild. *d. jur. civit. imp. lib.* 2. *cap.* 17. *n.*42 43. Nec conductores prædiorum ac bonorum Ecclesiasticorum collectas ac tributa horum nomine præstare obstricti sunt. Carpz. *d. tit.*19.*def.*309. Quod si verò belli formido evidens circumstrepat, si hostes agros populentur & devastent, aut si quæ clades alia Rempub. urgeat & investet, jure tunc collectæ ab Ecclesia & Clericis exiguntur. Joh. Gerhard. *in loco de Magist. Polit. §.*440. Balduin. *de cas. conscient. l.* 4. *c.* 12. *cas.* 14. Immunitas enim concessa à muneribus & collectis ordinariis vel extraordinariis non extenditur ad onera illa, quæ pro defensione Reipubl. ob inevitabilem necessitatem imponuntur. Gail. *l.* 2. *obs.*52.*n.*26. *ibique Grev.* Schrader *de feud. part.* 10. *sect.* 1.*n.*130. Petr. Frid. Mind. *de mandat l.*2.*c.*45.*n.*12. Acroama *de natur. ac jur. bonor.* Eccl. Author. M. B. *memb.* 2. *d. bon. Eccl. conser.* §3. Knipschild. *d. cap.* 17. *n.* 44. 45. Et hæc sententia

pro-

probatur per text. *in l. 11. C. d. SS. Eccles. l. 2. C. d. quib. muneri vel praestat nem. lic. l. 10. l. 21. C. de cur s. publ. & angar. l. 12.* quod & placuit Rom. Pontifici & Episcopis in Concilio Lateranensi, *cap. non minus. 4. x. de immun. Eccles.* Joh. Wilhelm. Rovenstrunk Rechtliches Bedencken von Anlage/ Contribution / Kriegssteur und Schaden/ꝛc. cui annexum responsum Facultatis Juridicae in Academiâ Marpurgensi An. 1631. datum. Carpz. *in jurisprud. Consist. tit. 19. def. 309.* & ita in Curia Parisiensi saepius decisum refert Klok. *de contrib. c. 12. n. 216.* ibi: Veluti arresto pronunciato 18. Maji Anno 1368. contra Clerum Lugdunensem, & 10. Jun. anno 1378. pro Consulibus de Saint Flour en Avergne contra Episcopum & Capitulum Matiscense, Gallicè de Mascon, & denique mens. Jan. an. 1593. contra Clerum Franciae, & in specie Capitulum de S. Agnon. & Berty: prout refert & testatur Monsieur le Bret *en son Recueil playdoyè 2.* ubi decisionis hujus ex Caroli M. constitutionibus hanc adducit rationem, quod ita Ecclesiae sit consulendum, ne Respublica deseratur. Et sane nec Clerum, nec Ecclesiam, nec alium quenquam licet privilegiatum abnuere posse probatur ex Imperii recessibus anno 1500. §. item ist auch angesehen. & passim, anno 1542. §. Und wiewol in dem jüngsten. §. und nemlich sollen. & §. Es sollen auch alle Churfürsten. an. 1544. §. Und nemlich sollen. de an. 1582. §. Und dennoch sollen. an. 1594. §. dennoch sollen die Unterthonen. Anno 1598. werden dann nun. Publica itaque utilitas favori Ecclesiae & commodis est praeferenda. Gail. *l. 2. obs. 32. n. 7.* & *obs. 52. n. 14.* Bursat. *cons. 16. n. 23. & seq.* Franc. Marc. *dec. 458. n. 21. p. 1.* Osasch. *Pedemont. decis. 108. n. 5.* Barbos. *in collect. l. 10. C. de SS. Eccles. n. 4.* ex qua ratione etiam concluditur, quod Ecclesia ad reparanda moenia, vel noviter extruenda, nec non reparandos puteos communes, & alia onera publicam utilitatem spectantia teneatur. Baldus *in l. 7. n. 3. C. d. SS. Eccl.* Salicet. *n. 3.* Gilken. *n. 9.* Brunnem. *in l. 7. C. d. tit.* & Barbos. *ibid.* & *de jur. Eccles. l. 1. c. 39. §. 5. n. 43. & seqq.* Annae. Robert. *2. rer. jud. c. 3.* Rosenthal. *d. feud. cap. 5 concl. 81. n. 2.* Husan. *d. homin. propr. c. 8. n. 127.* Knipschild. *d. jur. civ. imp. lib. 2.*

I 3 c. 17.

c. 17. n. 46. Nec navis Ecclesiæ etiamsi rescripto Principis sit munita, si tamen bis mille modiorum capax sit, poterit se subtrahere embolæ, i.e. transvectionis annonæ ex provinciis sub pœna publicationis navis. Gilken. *in l.* 10. *n.* 4. *C.d. SS. Eccl.* An & quando delictum Prælati noceat Ecclesiæ. vid. Paul. Castrens. *in l.* 10. *n* 7. *C.d t.* Brunnem. *d. l.* 10. *C.* & Barbosa *n.* 9. Et Ecclesiasticæ possessiones non sunt immunes ab angariis & parangariis, plaustrisque ad expeditionem Cæsaris. *l.* 11. *C.d. SS. Eccles.* ibique Barbosa & Brunnem. Nec à collectis impositis ob famem & pestem. Barbosa *d jur. Eccl. l.* 1. *c.* 39. *§.* 5. *n.* 45. Renatus Choppinus *de Domanio Gallico l.* 1. *t.* 13. *n.* 17. 18. Molinæus *consil.* 11. qui in causa civitatis Francofurdiensis consuluit. Nicol. Everh. *cons.* 42. *n.* 40. *& seq.* An. Robert. 2. *rer. jud. c.* 3. ubi ita judicatum refert Arnisæus *tract. de subject. & exemt. clericor. c.* 4. *n.* 13 qui ita contra Cleros Bituricenses & Lugdunenses judicatum testatur, sicuti personæ Ecclesiasticæ civitatis Biturigum ad contributionem restaurationis murorum, pontium, itinerum, hospitalium pauperum & salariorum pro Doctoribus Academiæ ejusdem civitatis 7. Octobr. anno 1550. condemnatæ sunt teste Gregor. 3. *d. Rep. c.* 7. *sect.* 26. Klock. *d. Contrib. c.* 12. *n.* 224. *& seqq.*

XXVIII. Nonnullæ quæstiones hic moveri possunt, quarum prima est, An à tributis ordinariis sive canonicis collationibus, quæ Ecclesiasticis prædiis antequam ea ad Ecclesiam pervenerunt, impositæ erant, Ecclesia sit libera? quod negamus, quia res cum suo onere transit. Klock. *de contribut. cap.* 12. *n.* 86. 87. Cottman. *repons. Academ.* 27. *n.* 49. Andr. Knichen. *de vestit. pact. p.* 2. *c.* 3. *n.* 38. Brunneman. *in l.* 5. *C. de S.S. Eccles.* si verò prædiis illis actu non fuit collecta imposita, quamvis antea erant allibrata dem Steur und Anschlags oder Einleg-Registern einverleibet / postea verò justo titulo in Ecclesiam sunt translata, immunitate à muneribus & collectis imponendis fruuntur, & perinde habentur, ac si non essent allibrata. Renat. Choppin. *de Doman. Gall. l.* 1. *cap.* 14. Capic. *decis.* 113. Valasc. *de jur. Eccles. q.* 17. *n.* 7. & ita decisum in pluribus tribuna-

li-

libus refert Tessaur. *decis. Pedemont.* 234. Cothman. *resp. Acad.* 27.*n.*76. Klock. *de contrib. c.*12.*n.* 83.84. Barbosa *de jur. Eccles. l.*1.*c.*39.*§.*5.*n* 55.56.57.58.59. & in *Auth. Item prædium C.d.SS.Eccl.* Quia verò Clerici hoc medio eximuntur à collectis passim prudentiores prædia, vel res immobiles in Ecclesiam, vel planè non, aut non nisi consensu magistratus secularis transferri præcipiunt, ne forte jugi & inexplebili acquirendi studio latifundiis è manu laicorum accitis tandem ad eos universitas vel saltem pars maxima bonorum confluat maximo eorum detrimento, ad quos tributorum indictionumque publicarum moles recidit, & quibus exhaustis Resp. subsidio Collectarum caret. Secundò quæri potest; An illa statuta sint valida, quæ prohibent alienationem bonorum immobilium in personas Ecclesiasticas & pia loca? Non desunt, qui illa statuta tanquam Clericorum libertati contraria improbant per *c.*1.*c.fin.de immun.Eccles.in* 6.*c.quæ in Ecclesiarum.*7.*c.Ecclesia sancta.*10.*x. de constit.* Paris. *vol.* 1. *cons.*26.*n.*6. Petra *de potest. Princ. c.*4. *part.de valid.statut.*42.*n.*3.*& seq.* Valida tamen illa esse confirmant argumentis omni exceptione majoribus Klock. *de contrib.c.*12.*n.*90. *usque ad n.*211. Arumæus *de jur.publ.vol.*2.*disc.*2. Bruning. *de variis universitatum speciebus.* Marpurg. *vol.*1.*cons.* 25.*n.*83. *& seqq.* Et talia statuta in Germaniâ vigere testatur Gail. *l.*2. *obs.* 32.*n.*5 *& seqq.* & refert Bodinus *de Republ.l.*5.*c.*2. in plerisque civitatibus cautum esse, ut quæ prædia Ecclesiasticis donata fuerint, ea vendere cogantur, & statutum Juliacense, quod prohibet in Ecclesiasticos alienationem immobilium in Camerâ imperiali 3. octobr. anno 1560. approbatum refert Klock. *d. c.*12.*n.*89. *vers. similiter.* Idem jubent statuta seu concordata civitatis Coloniensis *art.*7.*&* 94. Besold. *in consil. Tubingensium.*278.*n.*3. Daß die Geistliche / was ihnen von weltlichen verschaffet würde / in Jahres frist an einen Bürger zu verkauffen schüldig sein sollen. In Galliâ nec feudalium rerum Ecclesiæ sunt capaces sine consensu Regis. Rosenth. *de feud. c.*9. *concl.*62. Anthonii Quirini Pontificii, senatoris Veneti sententiam hac de re refert Reink. *de R. S. & E.l.*3.*class.*1.*c.*8.*n.*18.

Omni

Omni divitiarum genere abundant Episcopatus, perdivites sunt Abbatiæ, ditissima monasteria, quorum pleraque reditus suos annuos quinquaginta millibus aureorum non divenderent. Et quantum ad divitias, quas Ecclesiastici sub dominio Venetorum degentes possident, incredibiles fere sunt, ut ex fide dignorum relatione & libris publicis recognovimus, ultra triginta milliones auri, ut vulgo loquuntur, sese extendunt, ex qua summa pro reditibus annuis plus quam centum & quinquaginta Myriades proveniunt, quod totum à devotis laicis habent, qui in id solum fuerunt intenti, ut sacerdotes lautè sustentarent, vid. *relat. ration. Seren. Reip. Veneta, Pauli V. Pap. oppos.* Summa igitur ratione motus Serenissimus Dux & Senatus Venetus huic libertati fræna injecit, promulgato edicto de non alienandis bonis immobilibus per subditos Laicos in personas Ecclesiasticas absque licentiâ Principis, cujus decreti cognitâ æquitate, bilis Pontificiæ iniquitatis ita verminavit, ut in Venetos fulmina excommunicationis detonare haut vereretur, cujus iniquum crepitum, tanquam inanem foliorum strepitum, constanter Veneti neglexêrunt ob rationes & argumenta, quæ pro edicti justitiâ adferunt Marcus Anthon. Othelius J.C. Utinensis. Joachim. Scayn. J.C. Palodiensis. M. Anth. Peregrin. Patavinus, & alii Theologi & JCti. in deduct. caus. Venet. in consil. & resp. vid. Knipschild. *de jur. & privil. civit. imperial. l. 2. c.* 10. *n.* 10. Acroama *anct. M: T. de nat. & jur. bon. Eccles.* §. 30. Paul. Christin. *decis. Belg. vol.* 1. *decis.* 201. Nec sine ratione S. R. Imperii Statûs Laici Germanorum utile & necessarium censuerunt, ut si immobilia bona, quæ posthac quocunque tandem titulo à Laicis ad Ecclesiasticos pervenirent, possent à Laicis, quorum ditioni prædia hæc subjecta fuerunt, redimi & justo pretio lui, uti est *inter gravamina* 100. *German. Nation. adversus sedem Romanam Oratori Pontificio in Comitiis Noribergensibus propositum gravam.* 40. Tertiò quæritur; Utrum privilegium immunitatis ab oneribus concessum bonis Ecclesiasticis etiam prosit illorum Emphyteutis? Quod multi affirmant, quos refert Barbos. *d. jur. Eccles. l. 1. c. 39. §. 5. n. 61.* Negantem verò sententiam utpote veriorem

riorem tuentur. Valasc. *d. jur. Emphyteut. q.* 12. *n.* 12. & *seq.* & *consult.* 132. *n.* 13. & *cons.* 147. *n.* 17. Surd. *decis.* 160. *n.* 14. 15. Horat. Carpan. *ad Statut. Mediolanens. p.* 1. *c.* 417. *n.* 11. Menoch. *A. I. Q. cas.* 180. *n.* 8. *cas.* 562. *n.* 22. 31. Barbos. *de jur. Eccl. l.* 1. *c.* 39. *§.* 5. *n.* 61. Klock. *d. contrib. c.* 11. *n.* 193. Carpz. *Iurispr. Consist. l.* 2. *t.* 19. *d.* 310 *n.* 1. 2. Vincent. Caroc. *d. locat. & conduct. p.* 2. *tit. de collect. n.* 7. Hi enim Emphyteutæ Ecclesiæ habent utile dominiũ. Quartò & illud quæsitum, quod si bona Ecclesiastica, quæ antea immunitate à tributis gaudebant, in laicos ex justa causa sint translata, an tunc privilegium immunitatis annullant? Ajentem sententiam probant Natta *cons.* 218. *n.* 7. 8. *cons.* 39. *n.* 5. Menoch. *A. I. Q. cas.* 180. *n.* 8. *cas.* 562. *n.* 43. 56. Barbosa *in l. quia tale. n.* 42. *post pr. ff. solut. matrim.* Sixtin. *d. Regal. l.* 2. *c.* 6. *n.* 136. 137. mutata enim persona, quæ est causa privilegii, extinguitur privilegium. Barbosa *d. jur. Eccles. l.* 1. *c.* 39. §. 5. *n.* 59.

XXIX. Quintò & hoc controvertunt Dd de bonis Clericorum privatis, quæ quilibet in suum suorumque usum comparavit, quæ & patrimonialia dicuntur, An & illa immunitatem ab illis oneribus habeant? Quod affirmat Klock. *de Contribut. c.* 12. *n.* 62. & *seqq.* Barbos. *d. jur. Eccles. l.* 1. *c.* 39. *§.* 5. *n.* 29. Nos verò statuimus cum Ludovico Molina *de just. & jur. tr.* 2. *disp.* 31. *concl.* 6. Matth. Coler. *d. process. execut. p* 1. *c.* 3. *n.* 206. bona patrimonialia Clericorum nequaquam illis juribus immunitatum gaudere, quam sententiam etiam nostri Theologi probant, Balduin. *d. cas. conscient. l.* 4 *c.* 12. *cas.* 14. Ioh. Gerhard. *in loco d. magistrat. Polit. §.* 440. Brunnem. *in l.* 8. *C. d. SS. Eccles.* Hæc enim bona patrimonialia à bonis Ecclesiasticis multum differunt, nec pari privilegio gaudent. Coler. *d. c.* 3. *n.* 206. Carpz. Iurispr. Consist. *lib.* 2. *t.* 19. *d* 311. Klock. *de Contrib. c.* 12. *n.* 69. Brunneman. *ad d. l.* 8. *C. d. SS. Eccl.* Knipschild. *d. cap.* 17. *n.* 53.

XXX. Transeamus nunc ad alia specialia, quæ occurrunt circa acquisitionem bonorum. An donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta Ecclesiæ valeat? est alta & profunda quæstio, in qua est summa dissensio Doctorum:

K recte

recte tamen statuit Cardinalis Mantic. *de tacit. & ambig. convent. l.13.tit.28*, hanc donationem jure posse defendi. Barbosa *de jur. Eccles.l.2.c.3.n.180.* quæ etiam in aliis non est prohibita. *l.si quis argentum. 35.§. 4. C. de donat. l.si unquam 8. C. de revocand.donat.l.si totas.C.de inoffic.donat.l.17.§.1.ff. quæ in fraud. credit.* Bachov. *ad Trent.vol 2.disp.19.th.5.lit. D.* Wissenbach. *ad ff.tit. de donat. n. 11.* & generaliter est receptum concessionem universalem omnium bonorum præsentium & futurorum esse validam, quando concedens quid reservavit, de quo disponere possit. Ioh. Vincent. Hondod. *vol.1.cons.137.n. 3. & seqq.* & *cons.39.n.17.& seqq.* Marc. Anthon. Peregr. *cons. 76.n.17.* Guid. Panciroll. *cons. 123.n. 11.v.tertiò respondetur.* Thom. Merkelbach. *in cons.Kloken.tom.2.cons 57. n. 51. & seqq.* Hoc valde speciale est, quod Ecclesia sine traditione ex solo titulo ad transferendum habili dominium acquirat. Dd. *in l.23.§.1.C.de SS. Eccles.* Mevius *p.3.d.292.* Brunnem. *in d.l.23. C.* & *in l. 20. C.de pactis*, & *l.15.C.de rei vind.* Didac. Covarr. *l.2.resol.c.19 n.2.* Barbos. *de jur.Eccles.l.2.c.3.n.181.* & *in l.15.C.de rei vind.* Leonard. Lessius *de just. & jur.l.2.c.21.dub.20.* Iohan. Salas *tract.de empt. dub.49.n.4.* cum alias jure communi citra ullam traditionem nudis & solis pactis dominium non transferatur, etiamsi in negotio gerendo id agatur, ut transeat. *l.20.c.de pact. l.50.ff.de rei vind. l.15.l.penult.C.eod.* Rot. *decis.673.n.4. part. 2. recent.* Legata seu relicta Ecclesiis & ob specialem favorem multa habent singularia; sic Falcidiam statuunt Doctores cessare in legato relicto ad pios usus. *Auth. similiter.C. ad L.Falcid.* Struv. *Exert.36.th.6.* Hahn. ad Wesenbecium *tit.L.Falcid.n.8.* Gail. *l. 2. obs.119.n.6.7.* Vincent. de Franch. *decis.63.n.14.* Carpz. *l.F. R.S.p.3 c.1.d.16.17.* Barbos. *de jur. Eccl. l. 3. c. 27. n. 84.* ubi viginti sex specialia in hac materia deducit, vid. Tiraquel. *in tract. de privil.piæ causæ.* Mantic. *de conject.ult.volunt l.6.tit.3.* Ludovic. Molin. *de just.& jur.tract 2.disp.134.* Lessius *de just. & jur.lib.2.c.19.dub.2.* In universum jure Canonico, ut ratum sit testamentum, sufficit duos testes cum Parocho adhibuisse, *c.cum esses.10.x.de testam.* nec enim potest hic canon restringi ad te-

sta-

stamenta ad pias causas, quod quidam faciunt propter *c. relatum. x. eod.* Nam *d. c. cum esses* Alexander III. id in omni testamento generaliter constituit, nominatim improbatâ constitutione juris civilis de septem testibus adhibendis, ut nimis longè recedente ab eo quod scriptum est: *In ore duorum vel trium testium stet omne verum.* Vinn. *ad* §. 4. *in fin. Inst. d. test. ord.* vid. August. Barbos. *in Collectan. ad d. c.* 10. 11. quod sine omni dubitatione procedit in terris Ecclesiæ; An verò extra illas in terris Imperii obtineat dubio non caret. Negantium opinionem amplectuntur Clarus *l. 3. sent. §. testamentum. q.* 57. *n.* 2. Graff. *§. testamentum. q.* 56. *n.* 3. Dan. Muller *l.* 3. *c.* 14. qui statuit, quod Constitutio juris Canonici ne quidem in ditionibus ordinum Ecclesiasticorum imperii vim & efficaciam habeat; cum Recessus imperii Coloniensis de an. 1512. tit. von Testamenten/ cum consensu omnium ordinum Imp. cum Ecclesiasticorum tum secularium sit approbatus. Carpz. *I. F. R. S. p.* 3. *c.* 4. *d.* 40. probat verò præjudiciis Richter. *part.* 1. *decis.* 28. *n.* 2. *& seq.* secundum illam juris Canonici dispositionem super ultimis voluntatibus paganorum in provinciis Saxonicis pronunciari. Idem *ad l.* 12. *n.* 35. *C. de testament.* à quo non alienus Stuck. *part.* 1. *cons.* 9. *n.* 49. illud pro explorato habendum, quod in piis causis divini tantum & naturalis juris ratio habeatur, adeoque eæ causæ non subjaceant solennitatibus juris civilis. Tyraquell. *de privil. pia caus. privil.* 164. Wesenb. *vol.* 3. *cons.* 130. *n.* 70. *& seq.* Decius *cons.* 159. *n.* 3. *cons.* 488. *n* 8. *cons.* 610. *n.* 21. relicta enim ad pias causas majore favore digna sunt. Hinc quocunque modo per heredis institutionem, sive per modum legati aut codicilli ad pias causas quid relictum fuerit, jure subsistit adhibitis licet saltem duobus testibus. *c. relatum.* 11. *x. d. test.* quæ constitutio Alexandri III. etiam in terris imperii observari debet. Carpz. *I. F. R. S. p.* 3. *c.* 4. *d.* 33. Brunneman. *ad l.* 1. *C. d. SS. Eccles.* Vid. egregia vota apud Klock. *Vot Cam. Relat.* 10. *in causa* Joachims Sigmans *contra* Bartolt Schaffen. Et docet Decius *d. cons.* 610. *n.* 2. valere testamentum ad pias causas, quando testator in quadam schedula voluntatem suam conscripsit, &

antequam eam publicaret, decessit Brunnem. *in d. l.* 1. *C.* Struv. *in S. jur. Exert.* 32. *n.* 33. & *in progymnasm. ad l.* 1. *C. d. SS. Eccles. p.* 7. Maul. *d. ultim. volunt. tit.* 12. *n.* 6. Augustin. Barbosa *d. jur. Ecclisiast. l.* 3. *c.* 27. *n.* 101. Abgenöhtigte Gegen-Außführung Rechtens ꝛc. der Hochgebornen Gräfin und Frauen Fr. Julianen Elisabethen Gräffin zu Waldeck und Pyrmont/ ꝛc. Wittwen zu Eisenburg/ꝛc. wider die unter dem Nahmen deß Hochgebohrnen Grafen und Herrn / Herren Georg Friederich / Graffen zu Waldeck Pyrmond / ꝛc. *Deduct. jur. p.* 41. 42. 43. Addatur Vasquius *d. success. creat. l.* 3. *§.* 24. *p.* 468. *n.* 18. *verb. infertur.* Menoch. *cons.* 224. *n.* 58. *& seqq.* Verum hanc opinionem multi improbant, Carpz. *l. F. R. S. p.* 3. *c.* 4. *d.* 33. *n.* 8. *seq.* Thoming. *decis.* 4. *n.* 4. 5. Besold. *p.* 3. *cons.* 94. *n.* 13. Mantic. *de Conject. ult. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 9. Pantschman. *l.* 2. *q.* 18. *n.* 15. Hartm. Pist. *l.* 1. *q.* 2. *n.* 4. Nicol. Everhard. Sen. *cons.* 155. *per tot.* Mevius *ad jus Lubecens. p.* 2. *t.* 1. *art.* 2. *n.* 57. 58. Deduct. jur. in caus. Dn. Comitis in Waldeck contra D. Comitissam de Waldeck, *in secund. contin. n.* 23.

XXXI. Actiones Ecclesiis aliisque venerabilibus locis competentes quadraginta annorum præscriptione tolluntur, excluduntur. *Auth. Quas actiones. C. d. SS. Eccl.* Hæc præscriptio contra Ecclesiã tum demũ cœpit competere, cum Ecclesia cœpit possidere immobilia, quod ante Constantinum vix contigit, licet enim in epistola Pontificis Pii secunda mentio fiat prædiorum in usus divinos traditorum, hæc tamẽ est spuria, & merx Mangonis Isidori Mercatoris. Justinian. in *l.* 23. *C. d. SS. Ecc.* non ex certa scientia, sed insigni fraudẽ circumventus centum annorum præscriptionem introduxerat, quam ex Suida primus, ni fallor, Cujacius observavit. Procopio autem in Historia arcana refert Grot. *in flor. spars. ad Jus Justin. d. l.* 23. vid. Rittershus. *part.* 1. *c.* 1. *n.* 12. *ad Nov.* Thabor. *de suffrag. p.* 206. Scripta fuit lex illa Justiniano Cos. ad Julianum Præfectum Prætorio Orientis anno Christi 528. & sic videtur ad Orientales Ecclesias pertinuisse. Est vero correcta per *Nov.* 111. *c.* 1. & *Nov.* 131. *c.* 6. introducta in Ecclesiarum cæterorumque locorum pietati & Deo consecratorum actionibus quadraginta annorum præscriptione *Auth. quas actiones. C. d. SS. Eccles.* in qua

ad-

adjecta est illa clausula, *Solâ Romanâ Ecclesiâ centum annorum spatio vel præscriptione gaudente.* Nam *d Nov.* à generali illâ regula de quadragenaria præscriptione Ecclesiam Romanam non excipit. Novella *9.* quidem (quæ ad Occidentales Ecclesias pertinet) Romanæ Ecclesiæ rebus centenariam præscriptionem largitur. Verùm quid vetat, quo minus dicamus hanc Novellam correctam esse per *d. Nov.* 111? Hæc etenim est posterior. Nec est, quod Occidenti plus quam Orienti tribuatur Cujac. *5.obs.5.* Pinell. *in Auth. Triennale, C.d. bon. matr. n.* 40. *&* 57. Don. *5.comm.* 31. Giphan. *ad d.l.23. C.d.SS. Eccles. & in l.3. C. d. præscript.* 30. *vel* 40 *annor.* Wissenbach. *in errorib. Irnerianis pos.4. & seqq.* Nobiliss. Dn. Bernhard Pflug *in Irnerio non Errante i.e. Dissertat. jur. Critic. ad Nov. 9. & Auth. quas actiones. C. d. SS. Eccles.* Est itaque hoc singulare in Ecclesiis, quod contra illarum prædia non nisi quadragenaria præscriptio obtineat. Klock. *vot. Cam. relat.* 20. *n.* 54. Thom. Merkelbach. *in cons. Klocken. tom.1.cons.11.n* 266. *& seqq.* Carpz. *J. F. R. S. p. 2. c. 5. d. 1.* & *in Resp. Elect. l.1.t.4 resp.35. n* 15. August. Barbosa *ad cap. de quarta. n. 4. x d. præscript.* quæ conclusio ampliatur, ut Ecclesia contra Ecclesiam breviori temporis spatio non præscribat. Carpz. *d.c.5 d.2.* Barbosa *in Collect. ad c. ad aures. 6.* & *in c. illud. 8. X.d. præscript.* Idem dicendum, licet Ecclesia privato succedat, contra quem est inchoata præscriptio. Barbosa *d. jur. Eccl. l.3. c.28 n.17. & seqq.* Carpz. *d.c.5.d.3.* qui *d. seq.4.* hoc extendit ad annuos reditus aliasque præstationes, quæ Ecclesiæ debentur & *p 2.const.2.d.4.* etiam ad libertatem â decimis præstandis. Canis. *d. decimis c.17.* Paul. Matth. Wehner *in pract. observ.* in verb. *Noval. Zehend.* vers. *an autem libertas.* Didac. Covarruv. *lib.1. var. resol. c.17 n.10.* Rebuff. *de decimis q 13. n.81. 82.* Mozzet *de decimis c.5. n.112.* Thom. Merckelbach *in cons. Klocken tom.1 cons.40. n.11.12* & non ita pridem ab amplissima Facultate Juridica in hac Academia in quadam causa responsum à Spectabili Domino Decano percepi. Hæc tamen quadragenaria præscriptio non requiritur in rebus Ecclesiæ mobilibus. Sanchez *in præcept. Decal. tom.3. lib.2. c.23. n.9.* Lessius *d. just. &*

*jur.lib.2 c.7.dub.7.*Carpz.*d.c.5.d.6,*Auguft. Barbof.*d. jur. Eccl. l.3.c.28.n.22.* & *in Collect.ad c. cum vobis.14.n.4.x.d.præfcript.* & *in Auth.quas actiones.n.4. C.d.SS.Ecclef.*Brunnem. *in d. Auth. quas actiones. d. t.* qui recte tradit actiones temporales, quæ à lege ad certum breve tempus funt conftitutæ, & contra privatos ante decennium finiuntur, uti eft actio redhibitoria, quanto minoris prætoria, cum fimilibus, de quibus *in tit. de ædil. edict.* & *l. 2.C.d.ædil.act.in pr.inft.de perpet. & temp. act.* contra Ecclefiam eodem tempore finiri, nec requiri 40. annos. Plura hic addi poffent, nifi mihi effet brevitati litandum. Tranfitum itaque faciam ad ultimum membrum, & agam de amiffione bonorum.

XXXII. Ius gentium merum fepofitâ officiorum aliorum confideratione permittit res hoftium corrumpi & rapi impunè, nec excipiuntur facræ. *Cum loca capta funt ab hoftibus, omnia definunt facra effe*: ait Pomponius *in l.cum loca. ff. de religiof.* Stuck.*conf.15.n.937.* Tertullian. in Apologetico: *Porrò bella & victoria captis & everfis plurimum urbibus conftant: Id negotium fine Deorum injuria non eft: eadem ftrages mœnium & templorum: pares cædes civium & facerdotum: nec diffimiles rapinæ facrarum divitiarum & profanarum. Tot igitur facrilegia Romanorum quot trophæa: tot de Diis quot de gentibus triumphi: tot manubiæ, quot manent adhuc fimulacra captivorum Deorum.* mox: *Et bene, quod fi quid adverfi urbibus accidit, eadem clades templorum quæ & mœnium fuerant.* Cujus rei hanc caufam dat Grot.*d.I.B.l.3.c.5.n.2.* quod quæ facra dicantur, revera non eripiantur humanis ufibus, fed publica funt, facra autem nominantur à fine, cui funt deftinata. Verum fi nullum inde periculum fit, confervari illa, quæ facris ufibus dicata funt, fuadet rerum divinarum reverentia, inter eos maximè, qui eundem Deum ex eadem lege colunt, etiamfi fortè fententiis quibusdam aut ritibus diffideant, quod & de religiofis intelligendum eft, nec non de eis, quæ in honorem mortuorum ftructa funt; nam & hæc, quanquam jus gentium impunitatem iræ in ifta exercendæ indulget, violari non poffunt nifi contemta humanitate. Summam effe rationem ajunt JCti *in l.funt perfonæ. ff. d. relig.* quæ

facit

hcit pro religione. Et extat pro illis sacris & religiosis pia Euripidis sententia Troadibus:

Homo quisquis urbes vastat & Dis Manibus.
Sedes sacratas, templaque haud rectè sapit:
Nam similis ipsum pestis excidii manet.

Grot. *de I. B. lib. 3. c. 12. n.* 6. 7. Dignus est locus ex vita S. Ludovici Regis Francorum juxta Acta Collegii Rationalium in urbe Parisiensi, qui hic subjungatur: Si qua controversia aut actio in te moveatur, inquire in veritatem tam contra te quam pro te. Si quid alieni habere te animadvertas, quod aut te aut majores tuos cepisse constet, fac illicò restituatur. Cave bellum geras adversus Christianum quenquam, nisi ex multorum consilio, & ita si bellum evitare non possis. Quod si bellum habeas, abstine ab Ecclesiasticis & iis, qui tibi nihil nocuere. Si inter subditos tuos bellum aut rixæ oriantur, fac eos ad concordiam reducas quamprimum fieri potest. Sæpè specta quid Bailivi, Præpositi & alii officiales tui faciant & in eorum actus inquire, ut si quid corrigendum sit id corrigas. Fac nullum turpe peccatum regnet in regno tuo.

XXXIII. Quid autem, si Ecclesia Feudum aliquod possideat, An ob delictum Prælati feudum amittat? Hæc quæstio absolvi potest, si distinguamus, An Prælatus solus, vel cum consensu Capituli ejusdemque communicato consilio deliquerit, Deinde bona, quæ possidet, an illa teneat, Vel ut propria omni jure, Vel etiam recognoscat ut feudalia ab alio, & hæc vel proprio jure & nomine, Vel Ecclesiæ, Vel suo & Ecclesiæ nomine. In bonis, quæ pleno jure dominii habet, habetur ut alius quilibet Clericus, necnon in feudalibus, quæ suo nomine recognoscit, utitur jure Vasallorum laicorum, de quibus videri potest, si lubet, Rosenth. *d. Feud c.* 1. *q.* 9. *c.* 2. *q.* 5. *n.* 3. *c.* 7. *q.* 3. *n.* 5. *c.* 4. *q.* 15. *n.* 1. *c.* 6. *q.* 16. At de illis, quæ ut Prælatus possidet, quæ vel nomine Prælaturæ & Capituli ab alio in feudum habet, si solus sine consensu Capituli deliquerit, clarus est textus *in* 2. *F.* 40. *in fin. c. d. Capitul. Corrad.* quod Ecclesia illa ipso vivente perdat, post mortem verò ad successorem revertantur. Vid. Rosenthal. *d. Feud. c.* 10. *concl* 3. 4. Struv. *Synt. jur. Feud. c.* 15. *n.* 15. Si verò & Prælatus & Capitulum deliquerint; Vel ille saltem omnia

mnia cum consensu Capituli peregerit, hoc casu discrepantes sunt opiniones: Nonnullis nec tunc privationem bonorum feudalium ultra vitam personarum, quæ tempore delicti in vivis fuerunt, durare; Illis verò defunctis, vel remotis feudum ejusque commoditates revertere ad Ecclesiam, pro qua sententia stabilienda non parum facere videntur rationes, quas Grot. *d. I. B. l. 2. c. 21. n. 8.* in egregia illa quæstione, *An pœna ob delictum universitatis semper exigi possit?* in medium adducit. Aliis è contrario bona feudalia illo casu perpetuo amitti volentibus: Aliis distinguentibus, An vasallus omittendo, vel committendo deliquerit, & illo casu inter res quæsitas & quærendas hasce solum perdi statuentibus, & aliis ubicunq; delictũ fuerit omittendo comissum dispositionẽ textus, *d. c. d. Capitul. Corrad. in fin.* obtinere adserentibus, quas opiniones cum suis authoribus & fundamentis, quibus quælibet fulcitur, recenset Rosenthal. *d. feud. c. 10. concl. 3.* subjungens *n. 20.* At communem esse illam sententiam; quod etiamsi Prælatus cum consilio Capituli deliquerit feudi Ecclesiæ, saltem quoad delinquentes vixerint & beneficia sua teneant, commoditates Patrono cedant, vel saltem post illorum obitum Ecclesiæ in integrum restituantur, pro qua sententia munienda multos Dd. ibid. adducit. Cæterum uti rectè monet Rosent. *ibid. in praced. n. 6.* quia hæc quæstio textu aliquo feudali non est decisa, quòd illius determinatio ex fontibus juris comunis sit haurienda, ad quos ipse Feudista *in c. feud. cognit. 2. F. 1.* nos remittit. Illo verò jure delictum Prælati Ecclesiæ extra omne dubium perpetuo nocet *l. 10. C. d. SS. Eccl.* ubi conceptis verbis decisum, quòd navis Ecclesiæ non excusetur ab onere ferendi res vel personas pro utilitate Reipubl. quodque navis subtracta publicetur, quæ subtractio si á solo Prælato facta fuerit, in tantum Ecclesiæ, ut illa ad damnum per publicationem navis sibi illatum resarciendum contra Prælatum delinquentem rectè agat, non nocet. Quod si verò Prælatus & Capitulum communicato consilio & mutuo consensu simul navem subtraxerint, irrecuperabiliter toti Ecclesiæ præjudicat Gl. &

Salicet *in d. l.* 10 *jubemus. C.* quod etiam in minorennibus, cum quibus Ecclesia in puncto restitutionis in integrũ pari passu ambulat, Hipp. Rimin. Jun. *l.* 3. *cons.* 341. *n.* 78. *l.* 7. *c.* 754. *n.* 46. traditur. Nec hoc solum in navi, quam rem mobilem vilioris pretii esse ait Carol. Molin. *in Consuet. Paris. tit.* 1. *de feud.* §. 43. *Gl.* 1. *n.* 63. cum tamen non raro multis prædiis pretiosior sit, & sæpe una navis multa aureorum millia valeat, sed etiam in prædiis Ecclesiæ tributo obnoxiis, obtinet, si illud non fuerit illatum *l.* 8. *C. de exact. tribut.* & collecta imposita, antequam prædia ad Ecclesiam pervenerunt. Carpz. *Resp. Elect.* l. 4. *tit.* 10. *resp.* 7. 8. *n.* 8. Et sine dubio ob non solutum Canonem Ecclesia bona Emphyteutica amittit. Stuk. *part.* 1. *cons.* 15. *n.* 841. *& mult. seqq.* qui eruditè hanc quæstionem decidit, cum quo conjunge Gœd. *in cons. Marp. vol.* 4. *c.* 48. *n.* 166. *& seq.* Nec est, quod ecclesia conqueratur, quo min⁹ proprio suo facto vel delicto privetur rebus, quas sub illa lege & conditione accepit, ut in existentem eventum committerentur, sicut enim civitas & alia quælibet universitas tam omittendo quàm committendo delinquere potest Grot. *d. I. B. l.* 2. *c.* 21. *n.* 2. Gail. *de P. P. l.* 2. *c.* 9. Mynf. *cent.* 4. *obs.* 78. quando nimirum omnes, qui sunt de illa civitate & universitate vel major pars communicato consilio ac præcedente deliberatione deliquerit. Gail. *d. c.* 9. *n.* 4. 13. 16. Mynf. *cent.* 4. *obs.* 79. Cavalcan. *l.* 1. *decis.* 1. *n.* 1. *&* 3. Rol. à Valle *vol.* 2. *cons.* 66. *n.* 37. 64. *& seq. vol.* 2. Bertazzol. *cons. crim.* 45. *n.* 2. *&* 4. Juridica Facultas Ingolstadt. *vol.* 1. *cons.* 1. *n.* 39. Klock. *tom.* 3. *cons.* 135. *n.* 148. Ita & Ecclesia quia par est ratio in Ecclesiâ collegialiter vel universaliter congregata deliberatè procedente, quæ est in civitate & quacunque aliâ communitate ideoque etenim par jus in eâ & circa eam statuatur *c. in pari. de R. I. in* 6. *l. illud* 32. *ff. ad L. Aquil.* & non minus pœnæ etiam Ecclesiasticorum maleferiatorum quam præmia bene meritorum sunt necessaria & tutissima Reip. anchora uti pereleganter deducit Gœdd. *d. cons.* 48. *n.* 167. 168. 174. Laiman. *in Defensione Pontificis, Imperatoris, Episcop. & Principum Imperii in preamb. q.* 1. *vers. tertium fundamentum. p.* 6. *& in concl. Can. de jurisdict. concl.* 34. ubi statuit delictum Prælati, si conventus consentiat, Ecclesiæ obesse; atque id generaliter receptum, quod universitas tota delinquendo jura sua amittat, ex quibus omnibus hoc infallibile consequens

L ne-